



TITULUS UNDECIMUS

De las Ventas y compras y retratos de tanto por tanto de patrimonio o abolengo



I hac sicut & alia rubrica continuanda est ad precedentem, & continuari potest, quia, cum superiori titulo actum sit de alienationibus titulo lucrativo factis, nunc consequenter & immediate in titulo nostro agitur de alienationibus ex titulo oneroso resultantibus, & cum in venditionibus detur retractus tam ratione communionis rei vendite, quam generis, ideo in simul materia retractus tractatur.

IN LEGEM PRIMAM.

Remedium lesionis ultra dimidiam nostri text. & forma ejus in lege nostra describitur.

SUMMARIUM.

- 1 Remedium lesionis ultra dimidiam ita venditori sicut emptori competit.
- 2 Rei appellatione immobilia, mobilia, semoventia, jura & actione comprehenduntur.
- 3 Remedium lesionis ultra dimidiam in omnibus contractibus bona fidei procedit, & sic habet locum in judicio familia heriscunda etiam si divisio sit facta, per artes ut ibi.
- 4 Remedium dictum etiam in locatione locum habet, etiam si finita sit locatio, ut ibi, ubi & in aliis multis procedat.
- 5 Remedium dictum an in transactione locum habeat, & quomodo nunc estimabitur, & n. 27.
- 6 Remedium dictum an detur contra tertium possessorem, ubi quid in emptore postquam res in alium alienavit.
- 7 Contrahentibus licet intra dimidiam iusti pretii ledere in foro fori non in foro poli.
- 8 Novus intellectus Auctoris ad l. in causa. la. 2. §. idem Pomponius. ff. de minoribus.
- 9 Homines non ad bonum, sed ad malum proni sunt.
- 10 Articuli & interrogatoria qualiter concipienda in remedio hujus lesionis ultra dimidiam.
- 11 Testis in probando valore hujus lesionis debet reddere rationem etiam non interrogatus, potest tamen in ibi Index ex officio facta etiam publicatione testes interrogare de ratione.
- 12 Valor rei tempore contractus ad hujus lesionis remedium articulandum est, declarata ut ibi, &

- an ex affectione vel ex loco publico fori vel mercati deducatur. ibidem.
- 13 Testes debent se referre ad communem estimationem, alias nihil probant, communis contra communem, ubi declaratur.
- 14 Testes si non dixerunt de communi estimatione vel de tempore contractus possunt interrogari testes, non tamen super valore poterit iudex per inspectionem oculorum se informare, neque per estimationem probari, nisi ut ibi.
- 15 Onus rei vendite infixum minuit ejus valorem.
- 16 Vicinus malus diminuit valorem rei.
- 17 Lesio ultra dimidiam qualiter in venditore & in emptore consideretur.
- 18 Lesionem dictam adesse in uno nummo satis esse.
- 19 Lesio an probetur si testis dicas valere decem & plus vel ultra.
- 20 Renuntiari an possit legi nostra & similibus, ubi & an juramento confirmetur.
- 21 Lesio hac ultra dimidiam qualiter consideretur in venditione commoditatis rerum majoratus a vita vendentis.
- 22 Pretium justum quod regulariter dicitur.
- 23 Testibus discordantibus super valore quibus creditur.
- 24 Libellus alternationis licet de jure non admitteatur, admittitur tamen in hoc remedio lesionis ultra dimidiam.
- 25 Fructus an sint restituendi in hac lesione ultra dimidiam.
- 26 Lesio non datur rei consumpta nisi dolo deserit eam emptor possidere.
- 28 Minor an detur remedium hoc lesionis ultra dimidiam quoties Decretum iudicis intervenit in venditione.
- 29 Clausula & quod plus valet donat in instrumento venditionis apposita an aliquid operetur.

- 30 Lesio enormis an possit allegari in donationibus & contractibus gratuito.
- 31 Lesionis hujus remedium habet locum etiam in re vendita in publica subhabitatione etiam si adesse iudicis autoritas, nisi ut ibi in compulsi ad emendum vel in re vendita ab herede iusti restitutoris pretio ab ipso signato vel in conductioe gabellarum.
- 32 Actio hac lesionis ultra dimidiam quo tempore daret, vel in enormissima vel dolosa, ibidem, vel principi vel reip. aut Ecclesie.
- 33 Restitutio datur propter enormem lesionem etiam ubi juramentum adest, & non. 34. etiam si major factus ratificaverit.

Quod quidem lex est ordinaria in iudiciis, facilis tamen ejus materia, & per Doctores exatis quam nostros satis declarata, quae omnia si in unum recludi vellemus, voluminem esset longum & extra propositum, & cum praemanibus habeantur ejus commentatores puta Pantaleon de Creina. Menel. & Pinnelus, super l. 2. C. de rescin. ven. & Anto. Gom. To. 2. cap. 2. num. 22. cum pluribus sequentibus, & Covar. libro 2. Variar. cap. 3. & Grego. iam l. 56. tit. 5. par. 5. & per Villalobos, in communi opi. verbo lesio. per totum parum erit immorandum in ejus declaratione solumque necessaria pro textualium declaratione inferemus.

Ibi, *Q. conproador.* Nam ita est sicut venditori competit legis hujus remedium per ex text. hic, & ex l. 50. tit. 5. par. 5. gloff. & communi in l. 2. C. de resc. ven. ubi Menel. num. 1. hanc communem testatur, in contractibus vulgaribus in l. 50. C. de fructi. & liti. expe. aequalitati enim jura semper favent, ut l. providendum. C. de postul. & l. si cum dies. §. pen. ff. de arbit. qua jura ad hoc allegat Segura, in tract. de bon. luc. conf. mar. numero 66. non enim debet claudicare contractus contra text. in l. Juliamus. §. si a pupilla. ff. de alio. empt. & quomodo tunc respectu emptoris alibi habetur lesio, in gloff. lo que valio. istius legis videbimus.

Ibi, *De la cosa.* Sive sit mobilis, semovens aut immobilis, live incorporalis, ut jura & actiones, nam rei appellatione omnia haec comprehenduntur, cum generaliter ut hic apponitur, ut licet videre ex DD. maxime Rebuff. in l. rei appellati. me lib. 1. pagina 54. 56. Imo & omnibus contractibus bonae fidei lex nostra procedit secundum gloff. & omnes, in d. l. 2. C. de resc. ven. ubi Menel. num. 13. communem testatur, & quod hac de causa habet locum in judicio familia heriscunda, etiam si divisio sit facta per sortes, ut ibi per Menel. dicto. n. 13. itidem & in locatione, per eum nu. 13. etiam si finita sit locatio, per Pinnelum, in ea l. 2. & Ant. Gammam, decisio. Lusitana. 19. num. 1. fol. 35. ex quo ipse Menel. ubi supra nu. 12. cum sequentibus aliquibus, infert plura in quibus remedium nostrae legis & similibus locum habet, ut in conductibus herbeta vel quartas Episcopales, & in conductoribus gabellarum, & in contractu permutationis rei profanae, & an in pensionibus locum habeat, & in taxatione rerum dotalium & in aliis pluribus contractibus & rebus ibidem per Menel. proferunt, quae esse longum referre eum ibidem sint satis examinata. Et in contractibus stricti juris ibid. n. 21. cum Pinnelo, testatur veriore & receptiore esse, & locum habere, ex quo ibi n. 23. ipse Menel. in Azevedo in Recopilationem. Tom. III.

feret an in transactione locum habeat, & tenendum est quod sic, si est enormis lesio, & quomodo tunc estimabitur declarat optime Pinnelus, ibi. r. parte. nu. 12. & sequent. fol. 135. & Burgos de Paz. consil. 19. num. 27. cum sequent. & infra in gloff. y en los otros. latius id de transactione videbis, quae per ipsos videri possunt, ut ad alia transitum faciamus, & an si res est consumpta habeat locum remedium nostri text. in hac lege dicemus, & quid si res fuit alienata an detur contra tertium possessorem vide per Menel. ubi sup. numero 39. & Anto. Gammam decisio. Lusitana. 21. & Anto. Gomez, Tom. 2. cap. 2. numero 22. in medio, ubi declarat quid erit in emptore volente remedio hoc ut postquam rem in alterum alienavit an audiatur.

Ibi, *En mas de la mitad.* Ergo intra dimidiam licet, & sic restringatur dispositio text. in l. in causa la. 2. §. idem Pomponius. ff. de minor. disponentis licere contrahentibus naturaliter se decipere ut id verum, dum tamen non sit ultra dimidiam, nam intra eam licebit, ut contractus valeat, & non invaliderit, non tamen ut sit securus in conscientia emptor emens plus minus justo pretio etiam si intra dimidiam adsit lesio, ut per Covar. in c. possessor. 2. par. §. 7. col. pen. & Meneses ubi supra, num. 8. & 73. sed cum text. ille dicat, naturaliter licere invicem se decipere contrahentes, quos natura non obligat, non obligat conscientia, habemus tamen ut vides, in conscientia non licere in uno nummo decipere, quid igitur dicemus illi text. in dicto §. idem Pomponius. cui quidem multis modis responset Menel. ubi supra, numero 10. & 11. Ego tamen ultra eos aliter respondeo, scilicet quod per text. ille in dicto §. idem Pomponius, non intelligitur de jure naturali, neque quod ex natura liceat decipere, sed loquitur & exponitur verbum illud, naturaliter, illius §. de pessima naturali hominum inclinatione, ex qua id naturaliter homines introduxerunt, postquam meum & tuum & contrahendi forma sunt introducta, omnis enim aetas ad malum est prona. cap. omnis aet. 12. quest. 1. vitiatorumque imitatrix est natura & quotidie labitur ad delicta. c. 2. 20. q. 3. naturaliter enim homines non ad bonum, sed ad malum proni sunt per in proemio Clementinarum, & ibi Card. & ideo nimirum si haec considerans legislator, naturaliter dicat licere se decipere posse invicem contrahentes, vel intelligitur naturaliter licere, re ipsa, non tamen ex dolo, secundum glo. in l. gloff. 2. C. si adversus fscum, vel ut intelligit Diodac. Perz. l. 2. tit. 7. libro. 5. Ordinamen. pag. 181. colum. 2. Et ideo legislatores in praesenti & similibus juribus id permisisse dum tamen non sit ultra dimidiam, ne commercia & contractus cessarent, & tota machina contrahentium destrueretur, & quia ut inquit Additio. Capel. Tolos. 247. iudices temporales non curant de periculo animarum & jura in contrarium disponentia dicunt non fuisse admittenda. Sed va emptoribus & venditoribus invicem se decipientibus, quia in animae iudicio ob has leges non excusantur, neque excusandi sunt, ideo unumquisque vigilet & proximum non laedat, neque decipiat, quia durum & tremendum iudicium spectat. Sed ut ad materiam redeamus, leges nostrae ultra dimidiam decepto succurrunt ad restitutionem contractus

vel ad satisfactionem iusti pretii. Sed est dubium qualiter erit tunc articulandum ex parte decepti 10 remedio nostre legis * utentis, decerpis. ex gloss. in l. moris causa §. ff. de dona. cau. mar. & Bart. in l. hi qui. C. de prod. & rebus naviculis. libro 10. & Antoni. Gomez, dicto Tom. 2. cap. 2. num. 25. & plura de probando rei valore, tradit Pinellus, in dicta l. 2. C. de ref. ven. 2. par. cap. 4. num. 17. & Mencl. ibi numero 72. inquit quod etiam factis probationibus si non constat de rei valore potest iudex rem de qua agitur videre ut percipiat ejus valorem; de quo vide in fin. hujus gloss. debent tamen testes super hoc deponentes 11 assignare rationem etiam non interrogati + secundum gloss. padriere. in d. l. 56. titul. 5. par. 5. & ideo semper articulabis rationem ne forte testis deficiat negligenter in ratione, & an teneantur deponere & dicere rem tantum valere communi estimatione, Anto. Gomez. ubi supra, numero 25. inquit quod non, quia videtur se referre ad communem estimationem, vide veritatem in fine hujus gloss. Potest tamen iudex etiam publicatis 12 attestacionibus testes non reddentes rationem de ea interrogare, ex doctrina Bar. in l. si quid ex Pamphila. de leg. 2. Bal. in dicta l. 2. num. 25. & ibi Cagno. num. 265. in fin. & Pinellus, 3. par. cap. fin. numero 7. & 41. C. de ref. ven. debet tamen probari valor rei habitus tempore + contractus, non vero postea, ex text. in l. si voluntate. C. de ref. ven. & ex dicta l. 56. & ex text. hic, & ex communi omnium doctrina, in dicta l. 2. nisi esset tam parvi temporis lapsus ut vendite rei immobilis pretium manifeste conjecturari possit pretium non mutatum, ut inquit Matienço hic gloss. 4. & novissime Velaço, in consulario. suis. cap. 43. num. 28. non tamen arbitraret tempus ab eo constitutum unius anni esse considerandum, sed multo minus, puta unius mensis vel paulo plus, quod discretus iudex arbitrabitur, in rebus vero mobilibus, ut per eos secus est, ego tamen si iudex essem, aut communem servarem, aut meum arbitrium justificarem aliqua certioracionis informacione, neque debet estimari pretium & valor ex affectione vel interesse particulari, secundum gloss. & omnes. in dicta l. 2. ubi Pinellus, dicta 3. par. cap. fin. num. 17. post Covarr. libro 2. varia. cap. 3. & Alcia. in l. propemodum. ff. de verbor. signifi. communem dicit, neque itidem necesse est, quod probetur valor ex loco publico fori vel mercati, licet abinde facilius deducatur, ex text. in cap. 1. de emptio. & vend. & ita intelligi debet Bar. in l. si servus. numero 10. ff. de cond. fur. Iaf. l. qui Romo. §. cobra vedes. numero 25. ff. de verbor. oblig. Afflicis de eis. 316. numero 7. Cagnol. in dict. l. 2. numero 152. sed sufficit articulari & probari, quod res illa tempore vendicionis vel contractus communi estimatione valebat tantum & non plus, neque plus pretii reperiretur pro ea etiam si venderetur publice neque testes darent plus, etiam si eam emere vellent, & quod ita sciunt tamquam homines expertes pretiorum similibus rerum, & quia res erat deteriorata vel censum habebat, vel quia sic communiter vendebantur & venduntur similes res, & hic est verus articulandi modus, & attendas an res illa sit in loco malo posita vel habeat censum vel hypothecam, servitutum aut onus aliud, nam hæc valorem dimi-

nuunt, & sic est utile imo necesse articulari & probari, ut infra dicemus & alibi dixi. Ad ea tamen que supra diximus in hac gloss. probare testes dicentes rem tantum valere tempore contractus, etiam non adiacenti communi estimatione, quia ad communem estimationem videntur se referre, adde quod hanc communem testatur Antonius Gomez, dict. cap. 2. numero 25. in fin. dic quod non est verum neque tenendum, quia contraria imo + quod non probent, commanem testatur Pinel. in dicta l. 2. 3. par. cap. fin. numero 12. C. de ref. vend. cum gloss. & Bart. ibi. quia juxta particularem affectionem videntur deposuisse contra l. preterea rerum. ff. ad l. Fal. & hanc veriorum & receptionem & in practica admittam testatur contra Ant. Gomez & sequaces, Matienço hic gloss. 2. numero 17. dicitur si quidem testis debet necessario concludere. l. non hoc. C. unde cog. cum ergo testis non se referat ad communem estimationem & se possit referre ad singularem affectionem, minime concludit, limitat tamen eam Matien. ubi supra num. 18. ut non procedat quoties testis in redditione rationis, dicit, valet tantum quia ego tanti emerem communi estimatione, ut per Pinel. dicto. num. 12. vel secundo non procedit, quoties iudex fuisset arbitratus actorem ex processu iustitiam fovere, eam tamen non fuisse rite probatam impericia notarii vel advocati, nam tunc ex officio posset rem propriis oculis inspicere & de valore se informare, ut in l. fin. C. de iure dom. imp. & Mencl. dict. num. 72. in dict. l. 2. & Pinel. dict. 3. par. cap. fin. num. 7. quod ego intelligo, quoties iudex vult interrogare iterum testes & interrogat super communi estimatione vel super tempore contractus de quibus + non dixerunt, ut inquit Pinell. dict. cap. fin. num. 15. in fin. & num. 41. & Matien. hic, num. 12. non tamen ut iudex possit sola inspectione oculorum hæc supplere, cum ipse non viderit rem tempore contractus, & sic scire non possit de valore ejus, sicut & cum aestimatores nominarentur ad sciendum valorem talis rei & explicandum ab eis, ut cognosci possit an adit læsio, secundum quod inquirunt gloss. Bar. & Bal. num. 15. in dict. l. 2. C. de ref. ven. nam id fieri posset secundum Paul. ibi quoties aestimatores ij, seu periti noverant & viderant rem illam tempore contractus cum de eo tempore declarare debeant, vel si ita modicū transierit tempus, quod valoris mutatio non presumeretur, tunc enim aestimatorum talium declarationi stabitur, non vero aliter, & idem voluerunt Ang. & Sali. & alii relati per Matien. ubi supra numero 20. ex Pantal. Crem. non 294. & Cagnol. 258. & 264. & Pinel. dicto cap. fin. numero 2. & 3. in dicta l. 2. C. de ref. ven. nec satis erit secundum eos tunc unum aestimatorem eligere si duo reperiri possunt, & practiam eligendi & nominandi hos aestimatores, Pinellus, ibi numero 3. & Matien. hic d. gloss. 2. numero 21. apponunt, & est clara, scilicet quod partes nominent eos, & jurabunt se bene aestimatores: quod si partes nolunt ad discordant in nominatione iudex eliget, & tertium in discordiam aestimatorem, raro tamen in practica hoc fit, sed partes probant per testes suam intentionem. Ibi. Del iusto precio, Quod non ex affectione vel interesse singulari, neque ex publico foro aut merca-

mercato, sed ex communi hominum estimatione regulandum est secundum quod in gloss. diximus precedentem, & tradit per Covarr. libro 2. Variar. cap. 3. num. 1. cum sequentibus aliquibus, & ultra per eum dicta & in gloss. supra proxima, est notandum unum singulare scilicet, quod onus rei vendite infixum minuit ejus valorem + & talis oneris habenda est consideratio ad hunc effectum, nam onus est pars pretii, secundum Abb. in cap. in aliquibus, de decimis. ubi Addit. litera B. ad legem nostram applicat, & diximus in l. 2. numer. 17. tit. 1. lib. 2. supra. Imo & itidem est considerandum an res illa vendita puta si est domus, vel vinea, vel quid immobile, habeat bonum, vel malum vicinum, nam propter malum vicinum diminuitur valor rei + secundum tex. in l. sepe §. fin. in fine. ff. de contrahen. emptio. allegatum ad hoc per Bar. addition. in l. hi qui num. 2. C. de prod. & alius rebus naviculariorum lib. 1. Ibi. Loque valio diez vendio por menos de cinco, In venditore agente remedio * nostre legis hoc idem erat expeditum de iure civili secundum gloss. & omnes in dict. l. 2. C. de ref. ven. testibus Covarr. dict. lib. 2. Variar. cap. 3. num. 8. & Anton. Gom. dict. Tom 2. ca. 2. num. 22. & Mencl. in dict. l. 2. numero 40. in emptore tamen aderat differentia, nam in eo existimabant quidam ad læsionem hanc considerandam ex parte emptoris duplicandum esse pretium justum, puta si rem valentem centum amplius quam ducentis comparasset, quam tenuerunt Pet. & Cyn. in d. l. 2. quæst. 7. & alii quos allegat Albe. numero 6. & Anto. Gomez ubi sup. & eam approbat l. 16. in fin. tit. 11. partita 4. & l. 5. tit. 10. libro 3. fori. contrariam tamen imo quod idem iudicetur in emptore quod in venditore, tenet Azo. in summa hujus tituli, n. 2. velari si rem valentem centum, emisset quis pro centum & quinquaginta uno aut pluribus, & hanc sequitur gloss. in dict. l. 2. & hanc communem vocat Covarr. ubi supra num. 8. & plures relati per Mencl. dict. num. 40. & veram & magis communem testatur Anton. Gom. dict. num. 22. & approbata est l. 56. tit. 5. partit. 5. & lege nostra, emptorem, & venditorem æquiparante, & sic lex illa. 16. tit. 11. partita 4. rejectis intellectibus Ant. Gomez, quos refutat Mencl. ubi sup. vel dicendum est illam l. 16. tanquam in primo loco positam correctam per illam aliam 56. in posteriori loco insertam vel illam 16. intelligendam secundum illam l. fori cum ea concordantem. in locis ubi sic usitatum est. Nam in nostro regno passim & ubiq; hæc secunda opinio admittit est sine contradictione, neque videretur emptor + venditor ratio dari posset qua distingueretur emptor + venditor, cum æquales in contractibus esse debeant ut in gloss. diximus. Et notandum satis esse si vel in uno + minimo intercedat excessus ultra dimidium, secundum Bal. in dict. l. 2. C. de ref. ven. & ibi Mencl. nu. 41. & communem testatur Covarr. dict. cap. 3. numero 3. ad fi. & Anto. Gomez dict. ca. 2. num. 22. post prime. sic recte deponit testis dicens rem valentem decem venitiam esse pro * quindecim & plus, ut communem testatur Anto. de Burgos, in cap. cum causam num. 5. de emp. & ven. & tenet Covarr. dict. cap. 3. num. 3. & Mencl. in dict. l. 2. mon. 41. & latius per Matien. hic gloss. 2. nu. 43. cum sequentibus, & quod importet illa d. etio plus, vide Menoch. de arbit. judi. lib. 2. col. 2. casus 145. & Velaçum, in consular. suis Portugal. 44. cap.

Et quid si veniatur dicta l. 2. C. de ref. ven. & nostre + an adhuc deat remedium eorum, vide 20 Covarr. dict. lib. 2. cap. 4. & Mencl. ubi supra, nu. 42. & Gutier. in tract. de juramen. confir. 1. part. cap. 26. ubi & an juramento confirmetur & læsio hæc ultra dimidiam qualiter + consideretur in venditione commoditatis rerum majoriter ad vitam vendentis, vide Molin. de primog. libro 1. cap. 19. num. 42. fol. 153. Et quod regulariter dicatur pretium justum, + vide Didac. Perez in dict. l. 2. tit. 7. lib. 5. 22 Ordinamen. pagi 178. in col. 1. in fine cum sequentibus. Et testibus discordantibus + super valore quibus 23 crederetur, vide per Matien. in presenti in gloss. 2. n. 49. Ibi. De la dexar. Idem probat dict. l. 2. & l. si voluntate C. de ref. ven. l. 1. juncta gloss. si minori C. si major. fac. rat. hab. alie. cap. cum dilecti e. cum causam, de emp. & ven. l. 5. tit. 10. libro 3. fol. 56. tit. 5. partita 5. & sic licet libellus + alternativus de iure 24 civili non erat recipiendus ex l. ubi autem §. qui illud aut illud ff. de verb. oblig. ubi Bar. & in l. prator. §. quod autem ff. de jurjur. & gloss. in c. abbat. te sane, de verb. sig. in 6. in hoc remedio læsionis ultra dimidiam admittitur, ex dictis iuris & ex lege nostra, & notat Riminal. colum. 1. in l. cum proponas C. de tran. act. & ibi Mencl. numero 10. petendo quod aut rescindatur contractus, vel suppleatur justum pretium rei convente, quod licet horum volentis eligere voluntati relinquendo, & quamvis libellus sic non concludat, sed tantum petatur, unam sufficit & sustinebit libellus & iudex pronunciat secundum naturam actionis alternative, prout communem dicit Gozad. latius & secutus per Villalobos, in sua collecta com. opin. litera L. numero 141. preteritum attenta l. fin. titul. 17. libro 4. supra, secundum quam veritas est attendenda etsi libellus deficiat in conclusionem, vel in aliquo substantiali, & tenebitur iudex pronuntiare secundum quod petendum erat. Sed an in casu in quo restitucio rei esset faciendia & annullandus contractus ex electione rei convente, poterit condemnari etiam ad restituendum + fructus, dic quod non, quia possidet rem cum titulo & bona fide, neque potest dici esse in mora, & hanc verissimam & tenendam vocat Anto. Gomez dict. cap. 2. num. 24. & Covarr. dict. libro 2. Varia. ca. 3. n. 9. & Mencl. in dict. l. 2. num. 50. cum sequentibus aliquibus, qui ex Pinelo hanc testatur communem & in praxi receptam, quicquid contrarium voluerit sequi Matienço, hic gloss. 5. num. 6. cum septem sequentibus. In casu tamen in quo fructus essent restituendi prout superiores iudices plerumque jubent in venditionibus judicialibus in via executiva factis, in quibus submissa voce dantur præconia & fit subhastatio, & exequens apponit licitatore, posset etiam condemnari ad dandum censum ex nummis emptori ipsi debitis ad decem & sex pro milliaro, ex die quo fructus restitui iudicatur, secundum Covarr. lib. 2. Variar. cap. 11. num. 3. in med. & iterum in lib. 3. Variar. cap. 4. num. 7. & vidi pluries executorias à superioribus in dictis venditionibus judicialibus emanatas sic determinantes, & decidentes, & in hoc casu potest verificari id quod Matienço in dict. gloss. 5. hic numero 11. testatur vidisse in Cancellaria Pinciana, vel quia in fructibus à litis constellatione fieret, prout fit quotidie, & compensatur abinde cum interesse pretii ut dixi & tangit ipsemet Matien. ibidem, numero 14. & idem tenet dum taxam ex pretio lucrum 156.

ferent venditor, non vero alia.

26 Ibi. De la cosa que vendio. Intellige si extat, + aliis si non extat penes emptorem conveniendum, nisi factio suo ipse delicit eam possidere quia vendit, vel consumpsit eam, & tunc conveniri potest, eo quod non potest a se excutere personalem obligationem l. adversus C. de acti. & obl. & communem hanc testantur scribentes, aut vero sine facto emptoris delict esse penes eum, puta quia casmate perit, vel mortua est res, vel multum deteriorata, & tunc communior est opinio & verior quod excusetur emptor neque conveniri a debitore possit: ut testatur Pinellus in dict. l. 2. relatus & secutus per Menes. ubi numero 37. & Anto. Gomez, Tomo 2. cap. 22. ad fin. & approbata est l. 56. titul. 5. partita 5. eo quod rei restitutio & justu pretii supplementum non sunt ambo in obligatione alternativa, sed rei restitutio est in obligatione, pretii supplementum in facultate, prout communem testatur Paulus Cast. num. 16. C. de ref. ven. l. 2. teste Menes. libi. n. 38. idque lege regia dicta approbatur, adeo ut secundum eam, idem sit in emptore agente remedio nostri text. sicut in venditore actore, quod singulare esse dicit Gregorius, in ea l. 56. & sic etiam sensel sententia determinavi, quia ha sunt receptae opiniones, quantumvis aliis contradicentibus, imputet enim negligens actor petere in tempore, licet tunc denuntiatione agi possit, ut diximus in l. 10. titulo 1. libro 4. supra.

Ibi. Ten las otros contratos, No. verbum contractos, praesertim geminative appositum in lege nostra, quasi geminatione voluerit legislator omnem contractum de mundo comprehendere, & sic etiam in transactione locum habebit + ut per omnes maxime Pinell. in d. l. 2. part. 1. cap. 4. numero 15. & Menes. numero 23. quam dixit magis communem Avend. cap. 1. praeo. num. 29. lib. 1. licet contrariam & veniorem & communiorem asserat Menes. dictio numero 23. approbaturque per l. 34. titul. 14. partita 5. & sic per legem nostram generalitatem non esse credendum correctam illam Partitum legem specialiter in hoc disponentem, possent tamen concordari ut prima procedat quoties enormis laesio datur plus multo quam ultra dimidiam ex dicta l. Partitum, & ex dictis per Covarr. in c. quamvis pactum 2. par. 5. fin. de pact. in 6. & per Menes. ubi supra, nam in simili laesione inest dolo, secundum Covarr. ubi supra, & probatur ex l. fin. tit. final. partita sexta, & sic nimirum si & in transactione detur tunc locus laesionis remedio, secunda vero opinio procedat quoties deficit haec enormis laesio, adest tamen aliqua licet parva ultra dimidiam ut teneatur relati per Burgos de Paz consilio 19. n. 21. ubi ad numer. 12. istam quaestionem inceptit, fateor tamen geminata verba nostri text. de contractibus solum modo reminiscencia multum urgere pro prima opinione, prout in jure est momenti geminatio, ut apparet ex DD. in l. Balsa. ff. ad Trebell. & Everar. in Centur. in loco a geminatione, & alibi diximus latius, & quomodo tunc aestimatio fieri in hac lege remanet dictum, & si teneamus primam opinionem non responderi potest dicta l. 34. pro secunda opinione allegata, ut verba illa, quanto quis, in quibus Gregor. ibi & tenentes secundam opinionem, fundantur, declarantur ex dict. l. fin. tit. fin. part. 6. dum tamen laesio non sit enormis ultra dimidiam & sic quod non excedat multum ultra dimidiam, nam si excederet,

cum tunc detur dolo, ex l. qui superstit. C. de dolo. etiam in transactione locum habebit, & Grego. ibi in d. l. 34. eam intelligente, data etiam enormissima laesione reprobatur Burgos de Paz ubi supra numer. 18. quicquid velit sequi Gregorium Matienço hic in glo 8. num. 55. Sed a minori dabitur nostra legis remedium, quoties decretum judicis intervenit in subhastatione + praedii minoris, & additio Bar. in l. 1. num. 4. C. de praed. decur. lib. 10. inquit quod dabitur, & sequitur Guido Papae decif. Delphin. 22. in fine, quia decretum judicis exclusivum sit doli & fraudis, & faciat praesum contra-ctum esse celebratum in utilitatem Ecclesiae & minoris, ex dict. l. 1. & sequitur hanc etiam opinionem Burgos de Paz, consilio 3. num. 25. cum duobus sequentibus, libro 1. sed esse contrariam communem sententiam testatur Menes. in dict. 2. numero 30. in fine, ex Pinello, ibidem 2. parte, cap. 2. n. 18. & id probatur ex text. nostro disponente etiam in venditione in publica subhastatione facta locum habere ejus remedium, prout & tenet Matienço hic glossa nona per totam. Quid tamen erit si in scriptura + & in instrumento vendicionis dicatur quod pretio tali venditur res, quod quidem est justum pretium, & si plus valet id omne donatum, censetur, prout quotidie dicitur in instrumentis venditionum, an tunc cessabit remedium nostri text. & Rip. in respon. 138. nu. 4. inquit tunc cessare nostram legem & ejus remedium, hancque ibidem appellat communem opinionem, de qua & per Covarr. in dict. lib. 2. var. cap. 4. n. 6. dum tamen secundum eum ibi dicitur, quod donatur justa quantitas excessus si quis adest, quantumcumque sit, quamvis dimidiam justi pretii excedat, ita quod aperte concipiatur clausula ista in instrumento, Rebuff. tamen in 2. Tom. constituti. Franc. tit. de refic. cont. arcent. 1. gloss. 1. numero 20. relatus per Mexiam, in pragmat. taxae panis conclusi. 1. contra tenet, imo quod nihil operetur & quod perfunctorie & stylo notiorum apponitur, de quo & per Boeri. decif. 142. & Matienço hic, gloss. 8. num. 44. ubi ipse tenet cum Rebuff. & asserit ita vidisse praedicari, & semper ipse vidi in hac Placentia civitate, ubi licet vidi haec allegata, nunquam tamen per judices considerata, sed potius iis verbis non obstantibus probata laesione nostri text. secundum ejus dispositionem causa determinatur, nam eadem facilitate, qua venditor vendit, eadem omnes clausulas sibi lectas vel verbo recitatas per tabellionem annuit, bene tamen verum esset quod si constaret de determinata voluntate venditoris scientis verum rei valorem, & nihilominus donaret in alia scriptura de per se excessum veri doli in quacunque existeret quantitate & summa enormi vel enormissima, tunc utique cessaret nostri text. remedium, prout advertit Matienço dict. n. 44. & faciunt dicta per Menoch. de arbitrar. jud. lib. 2. Centuria 2. casu 144. pep totum, ubi optime examinat hunc articulum, & an in donationibus & gratuito + contractu possit allegari laesio enormissima, vide Molin. de primogen. libro 2. cap. 3. num. 31. cum tribus sequentibus, ubi ampliat, & limitat, & Rip. in respon. 138. n. 4. 13. & 14.

Ibi, Aunque se haga por almoneda. Decidit hic jam quaestio Doctorem in d. l. 2. C. de ref. vend. de qua ibi per Menes. in numero 30. an in venditione facta + in publicatione & subhastatione locum haberet remedium nostri text. & jam vides quod sic,

fic, etiam cum judicis autoritate fieret ex quo ipse Meneses num 31. insert ad subhastationes factas judicis autoritate in visis executivis, bonorum executoratorum ut & in eis legis nostra remedium locum habeat, imo & in venditionibus minorum cum decreto iudicis, ut in hac lege diximus. Dum tamen bona illa executata ab non repertam venditorem ad judicatum minime sint executanti, secus si ei invito adjudicarentur taxata, nam tunc cum in hoc gravetur ius suum non est si cesset tunc legis nostra & similium remedium ut probat text. in l. 6. infra ista tit. & melior text. in l. 20. in fine tit. 7. libro 9. infra, vel quoties ut hac lex 6. loquitur fuerunt aliqui compulsi ad emendum contra voluntatem venditoris postis aestimatoribus publice, ut & in dict. l. 6. dicemus: & sic limitatur nostra lex & ejus dispositio. Ex quo & secundo limitatur nostra lex ut non procedat in re vendita ab haerede jussu testatoris pretio ab ipso testatore signato, secundum Tiraq. de retract. lin. in fin. tit. post 8. 36. num. 5. fol. 259. & Menes. hic n. 64. neque itidem procedit lex nostra in conductione gabellarum & reddituum regionum, tam ex parte locatoris quam conductoris, secundum text. in l. 14. & l. 5. tit. 9. lib. 9. infra notandis hac leges ad hoc. Gregor. in d. l. 56. verbo minus tit. 5. p. 5. & Menes. dict. l. 2. num. 16. & Matienço hic gloss. 6. num. 4.

Ibi, Quatro años. Jure civili, (cum actio secundum communem opinionem + assertam per Menes. d. l. 2. n. 45. competeret) triginta annis actio haec durabat, cum haec esset vita actionum, ex l. si quis in rem. & l. omnes C. de pres. 30. ann. & testatus est communem Bald. & Gratus relati per Menes. ubi supra num 47. qui ex nostra asserit ad quatuor annos actionem restrictam, & notat Covarr. lib. 2. var. c. 5. n. 10. in fin. & Ant. Gom. tom. 2. c. 2. n. 22. inquit tamen gloss. in l. fin. tit. fin. part. 6. in gloss. fin. quod si deceptio esset facta ex proposito, vel esset enormissima, tunc ultra quadriennium competeret. Principi tamen republicae vel Ecclesiae per quadraginta annos durabit, ex text. in d. l. fin. tit. fin. p. 6. notante ibi gloss. fin. & Menes. in d. l. 2. n. 48. & in enormissima laesione, idem tenet ultra hanc gloss. fin. Someti Leon. in Cent. infor. jur. c. 96. ubi ampliat etiam: juratum & renuntiatum ei sit, & Alciat. in c. cum contigat, de jurejur. Rip. respon. 138. nam juramentum & renuntiatum idem operantur, sed si juramentum adit, datur restitutio + propter laesionem etiam enormem, ut communior testatur Caput. decif. Neap. 159. n. 24. & 25. & Boeri. cons. 28. 38. & 9. Benedict. c. Rannuntius verbo duas num. 264. ergo quamvis legi & omni alii legum renuntietur, locus erit nostrae legis remedio etiam lapsis iis quatuor annis si adest laesio enormissima, ex d. l. fin. licet contrarium voluerit Ant. Gomez Tom. 2. variar. c. 14. num. 20. & contra eum ultra supra dictos tenet iterum idem glossator in l. 56. verbo Mayor. tit. 5. part. 5. & Covarr. in c. quamvis pactum fol. 126. n. 7. concl. 10. in parvis, & in lib. 2. var. c. 4. n. 5. & qualiter computabitur enormissima haec laesio, vide Ceppol. cons. civili 29. n. 12. & Covarr. d. c. 4. n. 5. iterum in lib. 1. variar. c. 3. num. 15. vers. ego sane, inquit tunc laesionem enormem considerandam etiam respectu rei modici valoris sicut & magis. Imo si quis in minori etate vendiderit & major factus ratificaverit, adhuc contra enormem

laesionem poterit + agere ex remedio nostrae legis & dict. l. fin. secundum Rom. cons. 53. per totam & Barb. cons. 42. col. 9. lib. 1. haecio tamen in valore doli semper est relaxanda, secundum text. in l. 16. tit. 1. par. 4. ad hoc allegatum per Gometium Leon ubi supra cap. 5. num. 5. etiam non fit ultra dimidiam, ex dict. l. 16. quam ad hoc nota Menes. hic n. 20. & Matien. hic gl. 8. n. 20. & 21. qui in n. 22. injuste meo videri carpit Covarr. lib. pract. cap. 28. n. 9. cum ibi Covarr. non loquatur quoad denegandum remedium nostri text. cum in rebus dotalibus adest deceptio ultra dimidiam, sed tantum quoad hoc an data dicta laesione ultra dimidiam in taxatione rerum dotalium, talis taxatio faciat emptionem, nec ne. Item nota quod contra quod contra ecclesiam laedentem alium ultra dimidiam etiam lapsis quatuor annis nostri text. datur ejus remedium ut per Mexi. in pragmat. concl. 6. num. 2. quibus quidem remanet lex nostra satis declarata commentata necessariis declarationibus, caetera per scribentes in d. l. 2. C. de ref. ven. antiquos & modernos videri poterunt.

IN LEGEM SECUNDAM.

Contractus omnes cujuscunque forma & qualitates sint facti a majoribus viginti quinque annorum, validi & efficaces sunt, dum tamen dolo & fraude ab sint, non obstante quod in contractu adit deceptio aliqua intra dimidiam justu pretii, non ultra.

SUMMARIUM.

1. Faemina hic comprehenditur sub dictione qualquier.
2. Dicitio qualquier, adjecta signo universalis omnia etiam dissimilia comprehendit.
3. Minor 25. annorum contrahere potest, competit tamen ei laesio etiam intra dimidiam restitutio ut ibi.
4. Actus jure civili permittitur propter bonum publicum, non tamen ex hoc permittitur venditur fieri cum bona conscientia.
5. Dolo duplex datur in jure, unus dans causam contractui, alius non, & quomodo annullatur contractus in eis & qua forma, ibidem.

Ibi, Qualquier, Faemina etiam + comprehendit, nam dicitio haec, qualquier, est ita generalis quod omnia comprehendit, ut patet ex dictis per Covarr. in pract. c. 25. num. 3. & Segura, de bonis lucra. n. 78. & quia ubi materia est apta ita sexui faemineo, sicut masculino, faemina etiam comprehenditur, ut diximus alibi in hoc libro, & in lib. 4. supra. mulieres tamen non prohibentur contrahere, sed potius permittitur etiam nupte sint, dum tamen tunc licentia mariti interveniat, secundum quod disponitur in l. 1. & 2. tit. 3. supra isto lib. non tamen ex hoc habilitabuntur inhabiles contrahere, nam licet dicitio haec, qualquier sit ita generalis, nunquam operatur habilitatem inhabilium, secundum Orol. superff. veie. col. 923. per l. pluribus ff. de acceptat. communis secundum eundem Orol. ibidem col. 653. Menes. l. si de certa n. 3. C. de transact. & inhabiles contrahere numerantur per Ant. Gom. Tom. 2. cap. 14. n. 1. & 28. cum sequentibus pluribus.

X x Ibi,

Ibi, Por otra cosa y razón qualquiera, Nullum contractum de mundo excludi ex his verbis, de iure est, dom tamen licitus sit, & non contra bonos mores, dictio enim hæc, qualquier, adiecta alicui signo universalis est, ut etiam distimilia + & majora expressis comprehendat, secundum Covar. ubi supra & Hippol. in pract. §. cognitivum n. 28 fol. 122. ff. de quest. & late asserens communem Tiraquel. de retract. linag. §. 1. gl. 7. u. 20. cum pluribus sequentibus ubi n. 26. hoc limitat, & plura etiam allegat Mexia, in prag. panis verbo qualquier, fol. 131.

Ibi, Si fuerit mayor de veinte y cinco años, Ergo excludit minorem 25. annorum, ita quod ex text. nostro à contrario sensu probetur quod minor 25. annorum contrahere non non possit, neque se obligare, contra + text. in l. tam ex contractibus ff. de iud. & text. in l. fil. fam. l. 2. ff. de act. & obl. & quamplura alia jura allegata per Ant. Gom. tom. 2. c. 1. n. 2. probantia filiumfam. etiam in paterna potestate constitutum obligari posse per contractum, adeo ut ex illo contractu teneatur & incarcerationi possit, secundum eund. Ant. Gom. ibi & Hippol. in pract. §. attingam. n. 69. ex quo inferri potest contra Seg. in l. si ex legari causa n. 72. ff. de verb. oblig. quod etiam cum præcepto gaurentiæ clausulæ potest obligari filiumfam. sine patris consensu. Sed ut huic difficultati satisfaciendum asserendum est legem nostram ideo distinxisse velle minorem 25. annorum à majore eorum, non ut probet minorem non posse obligari, nam eequidem potest, sed quod majori læso intra dimidiam justæ pretii nullum subest remedium contrahendi & rescindendi contractum & læsionem talem, minori tamen 25. annorum datur remedium juris ut etiam intra dimidiam lædatur competat ei contra læsionem restitutio in integrum ex elausula minoris ætatis, prout licet videre ex toto rit. ff. de minor. & C. de in int. rest. & ex relatis per Ant. Gom. tom. 2. c. 14. num. 1. cum sequentibus aliquibus, quæ est mea nova consideratio.

Ibi, Ayu engaño. Ergo lex decipere permittit, igitur fieri non potuit, quia nihil cum peccato est agendum, ex c. fin. de rescript. quomodo ergo lex hæc contrahentes se intra dimidiam decipere invicem permittit, & dicendum est quod lex id permittit, non quia id honestum vel justum sit, quoniam bono, & æquo non convenit, aut lucrari aliquem eum damno alterius, aut damnum sentire pro alterius lucro, ut scripsit Pomponius in l. jure succursum §. fin. ff. de jure dot. sed quia licet ex eo dicitur, quod humano jure non punitur, magisque eodem jure permittitur. Nec contestim sequitur, actus hic civili jure permittitur impune, & non rescinditur, ergo licitus est, + leges enim non omnia illicita puniunt, nec punire tenentur, nec actionem dare adversus eum, qui jure naturali, & justa ratione aliquid agere, vel restituere debet. Jus enim civile bonum publicum respicit, secundum gloss. in c. cum contingat, de jurjur. relatum per Dom. in cap. 1. n. 31. de consuet. in 6. & ideo possunt legislatores diarta plerumque quibusdam ex causis omittere, & dissimulatione quadam ob vitandum majus malum tolerare, & potissimum providentes, quæ ad hominum commercium, & reipub. integrum ac illatum statum atinent, auctore Divo Thoma. 2. 2. q. 77. art. 1. & ei assentitur Dominic. à Soto lib. 6. de just. & jur. q. 3. art. 1. in respon.

ad 1. col. pen. versic. sed allegare forsam, quibus adde tradita circa lupanaria per Covar. in epitome de spons. p. 1. c. 4. num. 9. & ideo nimirum si lex nostra sic provideat, quia & ut diximus in præcedente. judices temporales non curant de periculo animarum, & male quia curare debent.

Ibi, Que no sea mas de la mitad. Nam ultra dimidiam ex l. præcedente omnibus succurritur, ut ibi vidimus.

Ibi, Sin dolo. Sed nonne dictum est supra ex lege nostra, quod quamvis cum dolo fiat non datur remedium aliquid majoribus 25. annorum, quomodo ergo hic, excludit dolum lex nostra, & dicendum est id julle esse dispositum, nam habemus in jure dolum ex proposito dantem, + causam contractui, & non dantem, sed ex ipsomet contracta resulantem, prout est in lesione ultra dimidiam justæ pretii, in qua lesione etiam si adit dolo, est tamen dolo non ex proposito, sed ex ipso contractu resulans non adhibitus ad hoc, ut contractus celebraretur, quo casu licet adit dolo, fuit tamen adhibitus in minus vendendo, qui potius decipio dici potest, ideo nimirum si teneat venditio, sed potest suppleri jultam pretium, secundum text. in l. præcedente, & in l. diligenter ff. mand. & in l. venditor. ff. de act. emp. & de hoc dolo loquuntur priora verba nostri text. in vers. aunque en el tal contrato ayu engaño, si tamen adesse dolo ex proposito & re ipsa, & dans causam contractui, de quo in iis nostris verbis, quæ nunc declaramus, sic dicitur, quia fuit adhibitus ut contractus efficeretur tunc quia talis dolo in venditione adhibitus ipso jure contractum annullat, ex text. in l. elegantior ff. de dolo, optima l. 57. tit. 5. par. 5. in contractibus bonæ fidei, ut est venditio, nam in contractibus stricti juris opes exceptionis fiet annullatio, prout est communis resolutio, secundum Cov. in c. possessor. §. 6. num. 6. ubi cum sequen. usque in fin. & de hoc tractat, Menes. l. 2. num. 3. C. de res. ven. gloss. l. 28. tit. 11. par. 5. & Ant. Gom. tom. 2. cap. 2. nu. 21. in medio, ubi optime declarat quando dicatur dare causam contractui, de quo & traditur per glossam, l. 57. titulo 5. par. 5. nimirum si tunc non sufficiat suppleri jultum pretium per emptorem contra voluntatem venditoris, sed quod contractus sit pro nullo declarandus, secundum text. in l. 1. C. si ven. pig. aga. tradit Bal. in l. cum contra. C. de ritu, quem refert & sequitur Tiraquel. in l. si nunquam. verbo revertatur. num. 447. C. de revo. don. nisi aliud velit ille, qui dolum passus est, nam si velit ei stare, quamvis nullus sit ipso jure, standum est ei & valebit, & supplendum est jultum pretium, nam hoc est regulare in tali contractu, secundum Tiraquel. in legibus commbia. gloss. 8. num. 93. & hoc dummodo secundum eum ibi num. 98. à jure non sit reprobus contractus ille, quia tunc neque sufficeret, si passus dolum veller tali contractui stare ut valeret, imo & tunc quamvis intra dimidiam justæ pretii tantum esset læsus, posset agere ut contractus rescinderetur, & annullaretur, vel pro tali declararetur, secundum Abb. notabiliter, in capite in civitate, n. 6. de usur. post Joan. Calde. in cap. naviganti. eo. tit. quos allegat Benvenuto, in tracta. de merc. tit. de sponsonib. §. item quero. num. 5. pagina. 203. in parvis. Ideoque noster text. in præsentem in iis verbis, dolum hunc

ex proposito & dantem contractui causam excepti, ut & tunc licet non sit ultra dimidiam justæ pretii, non sufficiat pretium supplere actore petente invito, deficiente tamen hoc dolo licebit, vel illud supplere vel rescindere contractum, & valebit contractus ille interim, & sic non contrariatur lex nostra sibi ipsi in iis.

IN LEGEM TERTIAM.

Officiales non possunt allegare se deceptos ultra dimidiam justæ pretii in tangentibus eorum officia, & est limitatio legis prime supr. eodem.

SUMMARIUM.

- 1 Remedium læsionis ultra dimidiam non competit venditori scienti verum rei vendite valorem, n. 1. & sic officiali in suo officio, ut ibi.
- 2 Doctores alleganti in iis que officii sui sunt se læsum, non est audiendum.
- 3 Redhibitoria non competit scienti rei vitium.
- 4 Probatio scientiæ vel experientia quis debet probare, & num. 5.
- 5 Turpitudinem suam allegare licet, cum actus ei reprobus sit a lege.

Ibi, No pueden allegar. Et nimirum quia scienti & consentienti non fit injuria, neque dolo, ut in c. scienti de reg. jur. in 6. & sic remedium l. 2. C. de res. ven. non competit venditori scienti verum rei + vendite valorem, ut est recepta omnium sententia, in ea l. 2. & in facto respondit Alex. cons. 115. lib. 5. & Deci. cons. 383. Soci. con. 48. lib. 4. illeque qui scit valorem rei suæ videtur partem vendere, & partem domare. l. si quis donationis, ff. de contr. emp. officialisque sui officii pretium & valorem scire præsumitur, & sic læsum se allegare non poterit in rebus artis & officii sui, cujus se expertem demonstrat, turpe est enim officiali artem, quam exercet, ignorare. Imperitia enim culpa annumeratur, l. si quis fund. §. Cel. ff. locati. l. 10. & 11. tit. 8. par. 5. & sic Doctores alleganti, in iis que sui officii sunt, se læsum, & hæc de causa restitutionem petenti, + non est audiendum, secundum gl. in l. profes. C. de numer. & patri. lib. 10. de qua diximus in l. 6. tit. 16. num. 5. & 6. lib. 3. supra, & ultra ibi allegatos traditur etiam per Mauri. in tract. de in int. resti. c. 87. per totum, qua de causa neque redhibitoria competit + scienti vitium rei emptæ secundum Cæpol. l. 1. num. 10. fol. 7. in parvis. ff. de edil. edic. quibus & aliis ultra relatis in princip. hujus gloss. istam eandem opinionem & dispositionem nostri text. fundabat de jure Aviles. c. 33. pravo. vers. a mentis costa, num. 2. cum sequen. & num. 6. nostrum text. ad hoc allegat & Menes. num. 14. in d. l. 2. & Aven. c. 13. pre. num. 3. lib. 2. Dida. Perez libro. 2. Ordina. colum. 709. in fin. & Pantaleon. in dist. leg. 2. numero 124. quamvis Pinellus ibi 1. parte. num. 19. fol. 58. col. 2. ad fin. aliud velit nisi cum intelligamus in officiali novo & non experto prout ex text. nostro colligitur, ibi seyendo expertos. Sed quis prohibet in hoc casu venditorem esse expertum, adversarius ne + e jus tenebitur id probare se esse expertum, an vero venditor ipse tenebitur probare se non esse expertum, & videatur quod venditor ipse agens te-

neatur probare se non expertum cum actor sit, & per consequens actor officialis allegans se deceptum in arte sui officii tenebitur probare se non expertum ut possit uti remedio l. 2. C. de res. ven. nam contra ipsum officialem præsumitur quod sit expertus in rebus sui officii quandoquidem ille utitur publico officio illo, prout diximus in l. 6. num. 1. & sequen. tit. 16 lib. 2. Item quia officialis allegans se non esse expertum etiam allegat turpitudinem suam, quod non licet ex l. tranjact. finita. C. de tranja. l. creditoribus in fin. C. de ser. pig. dato manu. tamen in hoc casu non videtur eam allegare cum quandoque bonus dormitet Homerus & quia cum actus est reprobus à lege, + bene licet id allegare, secundum Ber. Diaz. in re. 24. l. mi fin. lexque nostra non tam se fundat ne turpitudinem allegetur quam in experientia vel non experientia officialis, cum igitur id liceat allegare tenebitur officialis talis agens remedio. d. l. C. de res. ven. probare se non expertum, præsertim cum sit actor, in contrarium tamen imo quod ille qui allegat non compete remedium dictæ legis 2. de res. vend. quia actor erat expertus officialis in officio illo, teneatur id probare, facit, quia actor potens fundat se in negativa, eo quod deberet probare se non esse expertum, negativa autem est improbabilis, ergo ad impossibile actari quis non potest, item quia reus allegans non competere actori læsionis hujus remedium, est actor in exceptionibus suis, ergo tenetur suam intentionem probare. Item quia lex nostra tunc excludit officialem cum expertus est, excludens autem ob hanc causam tenetur hanc qualitatem verificare, quia qualitas tamen excludens vel admittens probanda est, per eam allegantem, igitur reus se defendens hæc exceptione quod actor erat officialis, sicut tenetur id probare, tenetur etiam probare quod & erat expertus in officio illo, nam utramque qualitatem requirit lex nostra, & sic utraque est probanda per eam allegantem, actor enim obtinebit probando læsionem, cum hoc sit fundamentum suæ intentionis, reus vero excipiens non dari actori remedium nostri text. tenetur allegare causam quare non competat, scilicet, quia erat officialis & expertus, ergo id probare tenebitur, cum qualitas illa quod sit officialis, non excluderet illum à dicto remedio læsionis ultra dimidiam, nisi & probetur esse expertum in officio, quia lex nostra loquitur per gerundium in do, & in ablativo, quod importat modum & conditionem ac formam, ut alibi diximus, hæc tamen qualitatem experientie actor non allegabit, sed potius reo incumbit eam allegare, ergo reum onerare debemus ad probationem dictæ qualitatæ, & hoc mihi verius videtur, licet ego consulerem utique ut probaretur ex parte sua omne id quod sibi convenire in hoc videret, actori videlicet ut probaret se non expertum quia noviter officium assumpsit, & reo contrarium quod expertus erat in officio illo, & ut talis illud publice exercebat, & qui melius probabit, obtinebit, dum tamen perjuris non dicit causam & occasione.

IN LEGEM QUARTAM.

Tabelliones in scripturis emptoris & venditoris X x ij nis

nis, in quibus merces aliquas asseritur vendi, exten-
tense & explicitè tenentur declarare merces illas.

Ibi. *contratos*. Pro instrumentis & scripturis ip-
sitis contractus harum venditionum continen-
tibus sumitur verbum hoc *contratos* in presen-
ti, ut optime advertit hic Matien. non tamen erit
nulla scriptura, que hoc non contineret, cum
lex nostra non annullat eam, neque deficiat cau-
sa, etiam si omnes merces extense non declaren-
tur, nam pro causa sufficit dicere & constare,
quod emptor se obligat dare venditori centum
pro certis mercibus ad eo ei venditis & traditis
pro venditore, & cum causa non deficiat, non
est annullanda scriptura præsertim cum lex nos-
tra ad tabelliones verba referat, & non ad par-
tes, & sic non censetur nullitatem inducere ins-
trumentorum aliter scriptorum. Et quia ratio
nostræ legis est: nam cum superioribus legibus
actum sit, de lesione ultra dimidiam, ut melius
constare possit, an adit lesio & probari inquit
tex, noster, ut omnes merces extense describantur
in instrumento, & sic teneo absque dubio quod
quamvis legis nostræ forma non servetur, non
annullabitur scriptura, puniri tamen possit ta-
bellio eo quod legis nostræ formam non servat
crimine llesionatus & in interesse partium
propter hoc obveniens, quamvis Matien. hic
aliud sentire velit.

IN LEGEM QUINTAM.

Venditor pro re vendita quod non possit per num-
mos regios, sed per morapeinos vendere & contrac-
tare, sub nostri textus pena.

SUMMARIUM.

1. Etiam ubi pena ipso jure imponitur, declaratio re-
quiritur.
2. Solutio in qualibet pecunia an fieri possit, & ibi
quid si decreseat estimatio moneta.

Legis hujus rationem multoties consideravi,
neque unquam reperire potui & ab aliis in-
quisivi, & data mihi non fuit, sufficit tamen sic
Principem ejus conditorem voluisse.

Ibi. *Ni declaracion*. Intellige legem nostram
nullam declarationem requirere, quoad hoc ut ei
contraveniens ita amissionis penam incurrat, ut
amissa alienare non possit, non tamen ut exclu-
dat declarationem requisitam penæ incurse, &
nam hæc etiam ipso jure pena imponatur, fi-
cienda est, secundum communioem & vetiorem
opinionem, ut alibi diximus, & ex lege nostræ
constat, dum sententiam requirit, quandoquid-
dem judici sententiam penam applicat, prout
hic optime considerat Matienço & novissime post
hæc communioem dicit concivis noster Gutier.
in suis *question. canonicis. c. 1. m. 4.* in hujus ta-
men legis propositum examinari poterat quæstio
satis quotidie coram iudicibus altercata num a-
dimplet debitor obligationem solvendi centum,
si solveret illa centum in qualibet pecunia & te-
neatur creditor ꝑ illa recipere velit nolit, & in
hoc fieri solet distinctio, quod aut debitor desi-
gnavit monetam in qua solutio erat facienda,
& tunc in ea debet solutio fieri & non in alia,

aut vero non est designatum in qua moneta sic
solvendum, & tunc in quacunque solutio fiat,
dummodo sit moneta publice inter omnes usitata
& currentis, sufficit, & recipienda est per credito-
rem, ut probatur ex l. 6. *titulo 14. lib. 6. infra*,
ita distinguit Covar. in *1. alia. numismatum, cap.*
7. §. unico, numero 1. in 1. conclusione, & num. su.
in 10. conclusione, & ante eum melius per Re-
bus. in 1. tom. consil. Fran. tit. de liber. oblig. artic.
5. gloss. 1. per totam, ex quo limitatur hoc secun-
dum membrum, ut non procedat, quoties credi-
tor ex pecunia illa est passurus damnum, &
tunc enim non tenetur illam recipere. Item &
secundo limitat nisi pecunia oblata sit alterius
regni, nam tunc illam non tenetur recipere, nisi
à Principe fuerit approbata ad certum
valorem. Item & tertio ego limito, nisi debi-
tor malitiose dum haberet pecuniam argen-
team ad solvendum, mutuavit illam in pecunia
area, ut creditor onere illius fatigaretur, si forsan
erat forensis, vel ut creditor in viliori pecunia re-
ciperet solutionem, & ad hunc effectum mutuavit
debitor pecuniam argenteam, quia area non ha-
bebat, pro area pecunia in odium creditoris, nam
tunc non id permitteretur. Et quid si monetæ
currentis tempore obligationis decreseat estimatio,
latè examinat Covar. ubi supra conclusionè 2.
sum sequentibus.

IN LEGEM SEXTAM.

Lex prima hujus tituli non habet locum, quoties-
cunque emptores compulsi fuerint emere, & venditione
celebrata, in vitis debitoribus & exemplificatur, puta
quia judiciali subbustatione sui rei venditio pro debitis
solvendis & quia emptor non reperitur, compellitur
creditor rem recipere ac emere pro pretio per estimato-
res publice taxato, vel quoties aliqui compulsi emere res
illas, ut ex pretio earum debita solvantur, prout mul-
tores iudices commissarii faciunt, qui res & bona
condemnatorum publice appretiare faciunt & non re-
perit emptoribus, in pretio estimato homines divites
emere compellunt.

SUMMARIUM.

1. Emere neque vendere regulariter quis non com-
pellitur ubi limitatur.
2. Vasalli inviti an vendi possint ita ut non possint
se redimere.
3. Solutionem voluntariam & necessariam considerabis.
4. Gabella non debetur ex necessaria, ex voluntaria
vero sic.
5. Alienatio voluntaria sine necessaria, venditio est
si pretium intervenit.

Ibi. *Salvo si la vendicion*. Similis est text. in
l. 20. tit. 7. lib. 9. infra de quo & supra eodem
in l. 1. diximus in glos. aunque se haga por almon-
eda.

Ibi. *Contra la voluntad del vendedor*. Sed quomo-
do potest esse contra ejus voluntatem, cum neque
emere neque vendere regulariter quis compelli ꝑ
potest, ut *Livius C. de contra empt. l. 3. tit. 5. p. 5.*
die quod lex nostra loquitur in casibus ubi id licet
quia lex illa, invitum, plusquam in octoginta ca-
sibus limitatur, de quibus per Doctores relatos per
Croscium in l. 1. column. 273. ff. de off. pref. m. &
Bar.

Bart. l. 1. C. de comuni ser. man. & Didacus Perez
in libro 1. Ordinem. colum. 315. in principio & ite-
rum libro 2. Ordinem. colum. 713. in principio, &
Covarruvias libro 3. Fuar. capit. 14. & Anton.
Gome. tom. 2. cap. 2. numero 51. Socin. in regulis
& fallentis, reg. 435. Quarum est una limitatio,
quoties judiciales auctoritate compellitur quis ven-
dere, tunc enim invitus venditor dicitur eo quod
judicium redditur in invitum, l. inter stipulantes
& sacram. ff. de verbo. oblig. libere enim facere non
dicitur, qui ad hoc cogi potest, secundum Fulgo.
cons. 118. num. 3. & potest exemplificari in casibus
per summarium nostri tex. exemplificatis. Sed an
si vasalli venduntur inviti per regem aut domi-
num eorum contra eorum voluntatem, erunt emp-
toribus tradendi etiam ipsi velint ꝑ se redimere
pro eodem pretio; die quod poterunt redimere se
& exulare traditionem faciendam emptori, ut per
Covar. in c. quamvis partum 2. part. §. 2. m. 4.

Ibi. *Fueren compulsi y apremiados compradores.*
Matien. hic, in glos. 1. verba hæc & legem nostram
intelligit in venditione necessaria, & bene nam in
voluntaria scilicet, in ea que vocatur datio in solum
ꝑ ex voluntate debitoris facta tradentis rem
aliquam creditori pro pecunia sibi debita, hæc lo-
cum venditionis obtinet cum deur. species pro
quantitate, ex voluntate venditoris & emptoris ut
in l. si pradum C. de evictio. & Eleganter in principi.
ff. de pig. acti. singularissime Bart. in l. si quis aliam ff.
de solutio num. 2. qui bene loquitur secundum Ti-
raq. de retract. linagi §. 1. glos. 1. q. n. 7. & in hac vo-
luntaria datione in solum non loquitur noster
tex. sed tantum in necessaria, quæ quidem non com-
prehenditur sub venditionis nomine, secundum
Tiraq. ubi num. 8. quem & alios allegat Matien. hic
gl. 1. n. 4. & n. 5. allegat Bal. in l.ordo n. 6. C. de exec.
rei jud. Imol. in l. pretia ff. ad l. Falc. & hanc esse et-
iam de jure receptorum opinionem testatur Pi-
nel. l. 2. C. de res. ven. l. p. c. 4. n. 10. & Duen. reg. 187.
casu 10. & sequuntur alii relati per Matien. hic n. 5.
d. gl. 1. & verum est legem nostram procedere in
alienatione ac venditione necessaria: veruntamen
in exemplo ejus apposto per Mati. hic d. n. 4. vide-
tur ipsum allucinare, & in eo legem nostram non
loqui, nam inquit Matien. exemplificando legem
& necessariam venditionem, illam dicit, que fit à
judice pro executione rei judicatae juxta text. in l.
sum fidei hæredis ff. de fideicom. lib. & dicit necessariam,
quia fit à judice, & venditor compellitur per judi-
cem exequentem rem judicatum, rem publice ven-
dere, vel emptoribus deficientibus, creditori in
solutum dare, ut l. à dicto Pio §. si pignora ff. de ro
jud. & l. fin. in fin. tit. 27. part. 3. emptor que com-
pellitur emere & sic creditor recipere rem aliquam
estimaram loco quantitatis sibi debite, si in pecu-
nia solveret non potuit debitor quantitatem: ex
Authentica hoc nisi debitor. C. de solut. l. 3. tit. 14.
partita §. de ita Matienço exemplificat venditio-
nem necessariam, ut locum habeat nostri tex. dif-
positio. Sed tamen ejus pace videtur in loco non
loqui nostrum tex. nam hæc voluntaria, & non
necessaria vocatur alienatio, ex eo quod præsup-
ponit principium voluntarium, & ubi principium
debiti & sic ejus primordialis obligatio fuerit vo-
luntaria ex parte debitoris, quantumcumque post
appareat necessaria, quia debitor tenetur eam im-
plere & ad hoc cogi potest per judicem ad petiti-
onem creditoris. est ex eo quia licet à principio con-
Arredo in Recopilacionem. Tom. III.

tractus sunt voluntarii ex post facto sunt necessarii,
non tamen quod ex hoc possit dici, procedere à
causa necessaria, sed à voluntaria potius, eo quod
à lege non est inducta, ut inquitur Avenda respon-
so 13. num. 6. & 7. & Tiraqueil. de retract. linagi.
§. 1. gloss. 14. num. 16. & novissime D. Didacus Lopez
de Zuniga, in tractatu de voti questione 2. nume-
ro 20. cumque à judice compellatur debitor sol-
vere, & creditor recipere rem pro specie, & sic de
tali adjudicatione procedente ex principio vo-
luntario debetur gabella ꝑ etiam si compulsione
judiciaria compulsi sit quis recipere bona pretio
estimato in solutionem quantitatis debite, quod
secus est in necessaria, quæ secundum dicta necessa-
ria dicitur, prout quando quis compellitur vende-
re rem Ecclesie, vel quando quis habet rem com-
munem cum alio & alter agit ad divisionem &
compellitur quis vendere partem suam socio, ita
exemplificat Avend. respon. 13. num. 6. & 7. & Ti-
raq. ubi sup. numer. 16. & sic videtur quod Matien-
ço, male exemplificat nostram legem in alienatione
necessaria proprie sumpta, & itidem male asse-
verat alienationem illam dici necessariam, quæ
compulsione judicis ob penuriam debitoris num-
mos non habentis neque reperientis emptorem
compellit judex creditorem capere & recipere bona
tallata, nam hæc non est necessaria, ut dixi. Et
ideo ego legem nostram intelligi procedere etiam
in venditione voluntaria, que tamen licet à prin-
cipio voluntaria fuit, necessitate tamen venditoris
non potest solvere in pecunia & itidem non re-
perientis bonorum emptorem, cogitur debitor
tradere bona creditori tallata & appretiatæ estima-
tione per estimatores facta, & creditor ipse
compellitur ipsa recipere, & ita videtur noster tex. dis-
ponere, dum contra voluntatem venditoris ven-
ditionem dicit esse faciendam & emptorem com-
pellendum emere: item etiam & verius meo vide-
ri intelligi lex nostra potest, quoties venditio hæc
ex causa proprie necessaria facta est: utpote quia
à lege inducta, scilicet, cum fisco & regis procura-
torum tributa & redditus regios ab aliquo petit, &
quia non habet nummos debitor, judex jubet
vendi ejus bona, eo tamen quod non reperitur bo-
norum emptor compellitur tertius aliquis dives
bona illa emere pretio per estimatores publice
tallato, tunc enim nimirum si & in tali casu non
habeat locum lex. 1. nostri tituli & similes, prout
exemplificat & inquit text. in l. o. titu. 7. lib. 9. infra
que cum similis nostræ sit, & sic disponat, verius
dici potest lex nostra in hoc casu loqui, in
quo proprie dicitur alienatio & venditio necessa-
ria, non vero in illa in qua licet necessitas vendito-
ris & penuria emptoris, cogat judicem compelle-
re creditorem recipere bona tallata, non tamen est
necessaria venditio, cum à principio inter vendi-
torem & emptorem, & sic debitorem & credi-
torem ex voluntaria causa procedatur. Veruntamen
quia licet hæc non sit necessaria proprie &
vere, sed casuative tantum, ut ita dicam, publice
ponantur estimatores rerum & compellitur credi-
tor emere, & contra voluntatem venditoris sic
hæc venditio, quia judicium redditur in invitum,
itidem & in hac habebit locum noster tex. prout
voluit Matienço, licet ipse male eam necessariam
voce, nisi dicas, eam talem vocare casuative ut
dixi non tamen proprie: Et an creditor compella-
tur recipere bona tallata & quando diximus in l.
X x iij. fin.

per avon solum habita.
 16 Consanguineus retrahens si lite pendente moriatur relicto extraneo herede cessat retrahere; ubi seors in habente partem in re, vel si lis esse contestata cum defuncto, ut ibi.
 17 Filius non admittitur ad retrahendam rem a patre alienatam habitam titulo particulari non vero universali hereditatis, secus si eam heredaverat, ut ibi.
 18 Frater non admittitur ad retrahendum rei venditae per fratrem non habite titulo hereditatis a patre vel ab abolengo.
 19 Retrahitur non est locus in donatione.
 20 Ubi plures de familia vocantur, proximior vocatus censetur.
 21 Representatio paterne persone per filium datur in retrahendo sicut in vinculis & majoratibus.
 22 Retrahitur an competat filio naturali, & non. 43. ad fin.
 23 Filius vel nepos exheredatus non admittitur ad retrahendum.
 24 Retrahitur an detur in personis ecclesiasticis tam active quam passive, & non. 25. coram quo iudice petetur si clericus est emptor.
 26 Retrahitur an competat monasterio pro monacho consanguineo venditoris, & non. 29. quid si monasterium emat vel vendat.
 27 Monasterium est quedam universitas & res inanimata in qua non datur neque consideratur jus sanguinis neque perpetuatio nec conservatio familiae.
 28 Monasterium habetur loco filii improprie & per fictionem, & ut excludatur substitutus, ut ibi.
 29 Cessionarius non admittitur ad retrahendum.
 31 Pretium idem debet offerre consanguineus quod venditor constituit, siue magis valeat sive non res vendita, etiam si inseratur, & quod plus valet donat, nisi ut ibi.
 32 Emptor si auxerit pretium primo conventum a quo augmentum illud teneatur retrahens depositare, & ibi quid si emptor proximiori retrahenti dedit aliquid ut a lite desisteret, an sequens retrahens solvet illud.
 33 Retrahitur non habet locum nisi in casibus a iure expressis, licet jus prelationis etiam in aliis datur, ut ibi.
 34 Emptor si vult post condemnationem contra eum factam uti condemnatione illa an retrahens punire poterit a retrahente.
 35 Proximiori retrahente & emptore a quo retrahitur revocante an erunt due venditiones.
 36 Emptor a quo retrahitur non tenetur de evictione, & remanet liberatus a qualibet obligatione exemptione illa contracta, ibidem.
 37 Dominium in retrahendo revertitur ad venditorem tempore consignationis.
 38 Petitione super retrahendo data an liceat partibus in prejudicium retrahentis a venditione recedere.
 39 Herede petente velle sibi rem retrahendam retinere an preferatur proximiori retrahenti.
 40 Retrahitur an detur contra quemlibet possessorem.
 41 Adlio retrahens est nativa, non datur & personalis, & que vocatur conditio ex lege in rem iamen scripta.
 42 Truhus rei retrahente est non retrahenti prestandi.

IN LEGEM SEPTIMAM.

Qualiter res immobilis potest, si vendatur, retrahi pro tanto jure sanguinis declarata lex nostra.

SUMMARIUM.

- 1 A quo jure processit lex nostra & eius dispositio.
- 2 Dominus preferitur in emptione fructuum venditorum a colono.
- 3 Frumentum exteris venditum potest a civibus retrahi pro eodem pretio.
- 4 Testator si prohibet alienari iurim, vel fundum antiquorum suorum, tacite videtur jubere ne exeat de familia.
- 5 Retrahitur jus a jure divino censetur ortum habuisse.
- 6 Retrahitur jus potius odiosum quam favorabile est.
- 7 Nomen, hereditas ad immobilia refertur.
- 8 Appellatione possessionis vulgo ad hereditatem relata mobilia vel semovientia non comprehenduntur.
- 9 Retrahitur in immobilibus regulariter solum locum habet.
- 10 Retrahitur habet locum in re emphyteutica, siue vendatur utile dominium, siue directum & pensio cum eo.
- 11 Retrahitur an habeat locum in locatione ad longum tempus vel in emphyteusi pro quolibet anno concessa, ubi quid si commoditatem vendat.
- 12 Retrahitur non datur in censibus etiam constitutis super immobili.
- 13 Retrahitur non datur in usufructu usu vel habitatione.
- 14 Retrahitur an detur in molendinis, vel in nave vendita.
- 15 Retrahitur an detur in re per partem solam, vel

- 45 Infanti & filio fam. an competat jus retrahendi & an filio legitimato.
- 46 Retrahitur an competat uxori ad rem per maritum venditam.
- 47 Retrahitur an detur solus anti ex pluribus consanguineis sibi, alii n. bil. dicentibus, & 47. & 48. & 49.
- 48 Duo vendentes rem communem cum pacto retrovendendi an si unus petat dabitur ei, an vero sit necesse quod ambo petant, & non. 49.
- 49 Jus revocandi & rem retrahendi individuum est.
- 50 Res retrahenda si individua est & plures ejusdem gradus retrahunt quid erit agendum.
- 51 Iudicis arbitrio plurimum tribuitur circa remam divisionem, vel hereditatis, ubi & quod majori licitatori detur & intra quantum tempus sit licitatio locus & an plures, ibidem.
- 52 Retrahentibus pluribus consanguineis an negligentia unius eorum nocet aliis.
- 53 Pluribus vocatis nomine colectivo cognationis vel familie proximiores in eodem gradu existentes concurrunt.
- 54 Duo habentes domum communem cum alio tertio, si tertius ille vendat suam partem, an alii duo poterunt illam retrahere & equaliter dividere inter se.
- 55 Consanguineus retrahens an teneatur probare se proximior esse vel sufficere se consanguineum probare, declarata ut non. 56.
- 56 Proximus dicitur quem nemo antecedit.
- 57 Filius venditoris an preferatur fratri ipsius venditoris in materia hac.
- 58 Ascendentibus an competat jus retrahendi.
- 59 Fundus si vendatur alicui consanguineo intra quantum gradum an proximior admittitur, ubi & quid in consanguineo ejusdem gradus, cuius est emptor.
- 60 Retrahitur non habet locum in decimis, neque in rebus incorporabilibus ut ibi, & sic in districtu servituti, neque in alienatione utilis domini solum, vel usus fructus.
- 61 Novem dies retrahendi currunt a die venditionis, & sic statim quod conventum est de pretio, etiam si vendatur ad creditum, vel data nomine solutionis & pagament, ibi.
- 62 Dilectio, usque in presenti apponitur inclusivè; ita ut dies termini computetur in termino, & non. 63. quid si culpa aut dolo venditoris vel emptoris nescitur dies venditionis, ubi quando dicitur diem talem adesse.
- 64 Lapsis temporibus retrahendi assignatis si emptor requirit consanguineum an velit retrahere, audietur consanguineus.
- 65 Consanguineus requisitus ante venditionem si volebat retrahere dixit, quod non, etiam audietur si venditione facta velit retrahere.
- 66 Tempus quod dabitur ex pacto de retrovendendo, si tempus non est appositum, ubi quid si vendatur conditio quod si infra talem diem pretium restituatur, venditio habeatur pro non facta.
- 67 Dies retrahendi in contractu conditionali a quo tempore currat.
- 68 In re vendita pro anno censu redimibili a quo

- die currat novem dies.
- 69 Retrahitur non datur in re pignoratia vel hypothecata.
- 70 Legatum non censetur revocatum per pignorationem de qua non est spes luitiois.
- 71 Retrahitur non est locus in transactione vel divisione.
- 72 Retrahitur an detur in donatione in solutum, ubi & in donatione in solutum a iudice facta idem dicitur.
- 73 Retrahitur an detur in re immobili data in dotem estimata, estimatione emptionem faciente.
- 74 Proximior volente retrahere admittitur sequens in gradu, in correctione nostra legis aliud disponit, non tamen debet requiri, ut non. 75.
- 75 Re semel extrahita a patrimonio amplius non dicitur patrimonialis, ubi idem in re extrahi familiarum alienari prohibita, vel non transmissibili, & n. 76 ubi limitatur cum n. 77.
- 76 Tuor licet non possit emere res pupilli, si tamen semel vendita sunt, poterit optime.
- 77 Res si virtute pacti de retrovendendo revertatur ad venditorem non censetur noviter acquisita.
- 78 Res patrimonii etiam si per plures manus transierit, potest retrahi intra novem dies a prima venditione numerandos.
- 80 Retrahitur non datur in permutacione, nisi fraudetur, ut ibi, ubi & ampliat.
- 81 Juramentum quod sibi & non alii retrahit intra novem dies est prestandum, aliter nihil fiet, & admittitur probatio in contrarium, 82.
- 82 Juramentum ubi a lege vel statuto deferretur potest probari contrarium, & n. 86. penna se perjurantis in hoc.
- 84 Requisita ad retrahendum enumerantur.
- 75 Libellus in retrahendo formatur.

HUjusque nostrae legis dispositionem, videtur nobis processisse a quarto intellecta Cin. & Bal. ad l. imperator ff. de pactis, ubi text. illum intelligunt, ut si bona alicujus vendenda sint, ceteris paribus ii in licitatione preferantur, qui consanguinei creditores fuerint, ut in eorum propositum advertit Oroscius in ea. l. imperator, col. 2. in medio num. 89. & 10. & non. 16 inquit optime quod & colono fructus vendente, ceteris emptoribus jure dominus preferretur per tex. in l. 1. ubi Bart. C. de metall. lib. 1. o. quem & ad hoc consideravit Covarr. lib. 3. var. cap. 14 n. 6. ubi & inquit hac de causa frumentum exteris venditum posse a civibus pro eodem retrahi pretio, sitidemque in quacumque alienata civis preferendos inquit Bart. Socin. d. 45. n. si. vol. 1. idque itidem ex naturali ratione fundari potest, qua quidem ratione quis affectat habere, quae fuerint parentum suorum, ut ff. de bon. lib. l. libertus, qui solvendo & de admin. tut. l. lex que, & l. 1. ff. si quid in frau. pat. DD. in c. qualiter, de elec. faciunt notata per Bald. in l. queres. C. de fideicom. post glo. ibi. quod si est turris, vel locus honorabilis qui diu fuit antiquorum suorum, & testator prohibeat eam alienari, & ultra non procedat expresse, tacite tamen intelligitur velle ne de suo nomine exeat, ut ibi inquit gloss. illa, quam communiter approbat testatur Meneses ibidem, n. 10. nec mitum, dicit ibi Bald. quia honorem suum & domus

domus suae praesumitur quis diligere, ut l. 1. C. si qua praes. potest. & l. nulli. ff. si quis ob causam 1051. & sic ex rerum qualitate causa praesumitur, ut in dict. leg. qua. quoniam concur. l. 18. tit. 16. p. 6. hacque de causa processit lex fori de Sepulveda, ut immobilia ad truncum redirent, de qua in l. 6. Tauri, que est 3. tit. de las herencias, supra isto titulo. imo & ab ipso jure divino censetur jus hoc retractus ortum prius habuisse, ut inquit Montal. hic in glo. tanto, ut leviri. c. 25. ibi si antonatus frater tuus vendiderit possessiunculam, & voluerit propinquus ejus, potest redimere, quod illi vendiderat. Et Hieremie c. 32. & in aliis locis, de quibus per Montal. hic & Lucam de Pena in l. 1. col. 2. C. de tempo. lucra. des. lib. 10. & Tiraq. in praes. lib. 1. titulo. 1. de retract. numero 7. licet & odiosam potius quam favorabile jus retractus dicatur, ut per Soci. Jani. concil. 1. num. 11. & 22. ubi. 2. & ideo forma ad retractum descripta est ad unquam servanda aliter enim deficiet retrahens, ut in hoc titulo suo loco dicemus.

Ibi Heredad, nomen hoc tam de jure ex l. 1. 2. 9. & 10. tit. 3. p. 3. ad immobilia referretur, ut ex dictis legibus clarissime colligitur, quam ex communi usu loquendi quod etiam propriae significationi vocabuli praefertur. ex juribus vulgaribus, verbum enim hoc heredad, etiam inter rusticos prolatum ad res soli referretur, & sic ad immobilia & radices habentia, & aliquando vocatur, possessio, prout communiter dicitur, tengo una heredad, possessio en tal parte, quo casu appellatione possessionem non veniunt semoventia vel mobilia, puta si libri vel boves secundum Cin. in l. fina. C. de compen. & Matienço hic glo. 1. num. 1. ut ex iis colligamus, quod retractus tantum habet locum in rebus immobilibus, de quibus tantum leges nostrae retractum loquuntur ut ex eorum verbis deduci facile est, & quia non damus illam affectionem & memoriam semoventium in rebus mobilibus ut pote quia usu temporis consumi possunt, & intra nostros parietes possidemus, & quotidie habuntur in detrimentum & diminutionem, sicut in immobilibus in quibus memoria nostra & nostrorum conservatur, & palam omnibus patent, & affectio nostra constitui potest, ut in prin. hujus legis dictum est, & sic communiter omnes nostri legem nostram, & similes in rebus immobilibus intelligunt procedere, & secundum Montal. hic sub l. 13. tit. 10. lib. 3. f. r. verbo, camiar. col. 6. versic. ita quero quomodo, Anton. Gomez, Pala. Rub. Castillo, & Covarr. relati per Matienço hic nu. 3. ex l. 2. 3. o. styli. ibi. Las heredades y las otras rayzes. Et hoc est sine dubio. Et sic inferit Matienço num. 4. hic in glo. 1. quod retractus sanguinis locum habeat in re emphyteotica vendita per consanguineum cum ex hereditate parentum habentem, & nu. 6. allegat Doctores antiquos ita tenentes & n. 8. regnicolas nostros sequentes eos, & probatur ex l. 74. Tauri que est l. 1. 3. istius nostri tituli, ubi vendito utili dominio quod pars rei est, consanguineus admittitur ad retractum, licet ei praefertur Dominus directus, & idem esset si dominus directus directum dominium & pensionem emphyteusim vel censum vendidisset, cum preciosus sit dominium directum quam utile, ut in l. 1. ubi Sali. & Jal. 3. nota. C. de jure emphyteus. & tenent Castillo & Pal. Rub. relati & secuti per Mat. hic glo. 1. num. 9. & haec sine dubio sunt. Sed an in locatione ad longum tempus vel emphyteo pro quolibet anno concess-

sa & dabitur retractus hic sanguinis, ipse Matienço ubi supra n. 10. & 11. exaninat & inquit quod non, quali non exeat de familia, cum finito tempore redeat ad eam; & hanc communem tam in locatione ad longum tempus, quam in emphyteusim perpetua testatur Covarr. lib. 3. vari. c. 9. nu. 2. etiam ipse Covar. ibi contrarium velit tenere, sed tenenda & sequenda est communis opinio, & sic & a fortiori si emphyteusim vendit commoditates non erit locus huic retractui, quia immobilia non sunt, neque itidem habebit locum retractus in censibus possessis ab aliquo, quos habuit ab hereditate & parentis, & venditis per ipsum possessorem etiam super rebus immobilibus sint censuisti, nam si super persona tantum, pura quia ad vitam constitutis consistunt, tunc nulli dubium, sed si super immobilibus constituerent quantumcunque ille census immobilibus assimilentur, ex clementina ex vi de para. d. 10, id tamen est improprie & non proprie, lex vero nostra cum exorbitans sit & odiosa, in significato proprio non veni in proprio est intelligenda, & sic hanc opinionem nostrates sequuntur prout & Pala. Rub. l. 70. Tauri numero 30. cum duobus sequentibus, & Castillo in l. 74. Tauri, glo. magna col. 5. & 6. & hanc veriorum testatur Matienço hic glo. 1. num. 22. & n. 23. idem a fortiori dicit in censibus redimilibus, ex Covarr. lib. 3. varia c. 11. num. 5. & Castillo ubi supra licet contrarium tulerint Faber, Adliff. & Tira. relati per Matienço d. num. 22. sicque etiam verior est & receptor opinio huic retractui locum non esse in venditione usufructus, usus vel habitationis, eumque haec sint jura incorporalia, atque ideo non sunt proprie mobilia, neque immobilia, secundum Bald. l. 1. §. sciendum. de fendi. cog. Pena in l. fin. col. 2. C. de ven. re. civit. lib. 10. Corne. cons. 147. col. 2. lib. 4. & sic tenet Alexan. cons. 52. lib. 1. Tira. de retract. linag. §. 1. glo. 7. num. 60. & ibi Covar. lib. 3. vari. c. 11. nu. 4. Montal. hic glo. mag. col. 1. in §. & verior est acceptorem testatur est Matienço hic d. glo. 1. n. 32. Et quid in nave vendita, molendino, & in aliis similibus per Tiraq. de retract. in d. glo. 7. num. 90. & sequentibus, & in molendino locum esse retractui contra Tiraq. tenet Castillo ubi supra quod verius esse dicit Matienço, ubi supra n. 49.

Ibi. De patrimonio, o abolengo. Cum verba disjunctive apponantur colligebat episcopus relatus per Montal. in presenti, in glo. 2. sufficere ut retractui locus esset, rem venditam esse tantum patrimonii, vel de abolengo, nam disjunctiva verificatur in unius veritate & essentia l. ubi autem non apparet §. qui illud aut illud l. qui stipulatus fuerit illud aut illud §. ff. de verbo. obli. l. qui 200. §. utrum ff. de re. jud. §. per. inst. de her. insti. neque requiritur utrumque verificari ex dictis, & sic quod si res vendita fuerit tantum in potestate venditoris patris, adhuc tunc sit locus retractui, vel & si fuerit in avi tantum potestate, & quam etiam opinionem sequuntur Cifuen. quest. 3. & Anto. Gom. num. 3. l. 70. Tauri, & ibi ferdi. Arias num. 49. & Gomeri. Leon. in centuria informati. juris c. 35. & hanc receptorem testatur eam sequens Matienço hic glo. 1. num. 50. de quo valde miror cum habeamus hodie l. 8. in fine, ibi, avida y heredada, & in l. 15. infra eo. titu. expresse decedentes non sufficere quod res vendita fuerit in potestate patris venditoris, vel avi venditoris ut retractui huic locus

cus sit, verum & requiritur quod venditor eam habuerit & adquisierit titulo universaliter hereditatis & sic per via de herencia ad eum pervenerit, secus vero si titulo particulari puta dotis vel venditionis, ad ejus potestatem pervenisset, nam tunc etiam cum venderet, cessaret retractus, & sic communiter practicatur, ideo merito dixi me mirari de Matienço qui cum dictas leges 8. & 15. commentavisset, haec non adverterit, & sic verbum patrimonio & abolengo, copulative dicendum est vel si disjunctive, dum tamen pater eam acquireret non vendat eam in vita, sed eo mortuo filius ejus ab ipso patre eam heredans, qui quidem pater titulo particulari eam adquisierat non vero universaliter titulo hereditatis, ita quod pater vendens vel avus vendens, vel qui liberaliter venditor ab abolengo suo eam haerederit rem quam vendit, ut retractus jure sanguinis locum habeat, in multis Franciae partibus uti allerit Tiraq. ubi supra titu. 1. §. 32. glo. unica num. 1. Ex quo & notandum est cum Montal. hic in glo. 1. in prin. quod si consanguineus retrahere volens lite pendente moriatur relicto extraneo haerede, cessabit retractus ille, cum haeres ille consanguineus non sit per text. in l. post hunc §. ff. de insti. testam. sequitur Castillo l. 72. Tauri num. 3. ubi & optime secus esse dicit in habente partem in re, & hac de causa retrahere volente, nam si haerem pendente lite reliquit extraneum, procedere poterit ad retractum, quandoquidem rei illius pars ad eum transiit, & ex persona sua hac de causa, vel qui proximior est admittitur ut inquit Matienço hic glo. 2. num. 24. ubi num. 23. inquit idem esse si lis erat contestata cum defuncto. Ex quibus & vera est nunc hodie opinio Anto. Gom. l. 70. Tauri num. 3. tenentis filium in vita patris non admitti ad rem a patre acquisitam titulo particulari retrahendam & dum pater eam vendit, eo quod eam non haerederat parat a majoribus, quod & tenuit Tiraq. in de retract. titu. 1. §. 32. glo. unica num. 3. sed si pater eam haerederat, & ex successione generis ei obvenerat tunc optime filius admittitur ad retractum dum pater eam vendit, secundum Tiraq. ubi supra & Boeri. in cons. Bituri. tit. de retract. Linag. §. 1. glo. 2. & latius decis. 76. col. 1. & 2. et si Matienço hic d. glo. 1. num. 52. & 53. aliud velit & constituit de in integ. resti. loquitur in casu diverso, scilicet cum pater vendit bonam matrem filii, ut inquit Tiraquel & Matien. ubi supra de quo, & latius dicemus in l. 5. infra isto tit. & li. Sic etiam est declarandum id quod inquit Anto. Gom. di. l. 70. Tauri num. 3. ubi probat quod fundus quem pater acquisivit, si ad unum ex suis veniat filius, qui eum vendit, admittitur alius filius ad retractum, nam id verum si ad filium vendentem devenit & ex ipsius patris hereditate, eodem etiam modo alia quam plurima declarabis, quae quidem ex Tiraq. in d. tract. retractus, decepte poteris ne in iis immoretur aliorum scripta recitanda prout Matienço hic intentavit facere, eo quod esset unum aliud integrum volumen Tiraquelii scribere.

Ibi. Vender. Et sic in donatione non erit locus retractui, ut per Tiraquel de retract. Linag. §. 25. glo. 2. num. 1. & in eodem titu. §. 1. glo. 14. num. 90. nam secundum eum, ibi de vera venditione est hoc verbum intelligendum, & an in datione in solutum idem sit necne, in l. 9. glo. secunda infra eo, videbimus.

Ibi. T. alguno de aquel abolengo. Proximiorum intellige, nam id regulare est, ubicumque aliquis de familia vocatur, ut proximior vocatus censetur, nam quoties plures invitantur, ad aliquid, inter quos potest cadere ordo charitatis, vel affectionis videntur invitari ordine successivo secundum ordinem affectionis, qui colligitur penes proximiores, secundum Barto. & magis communiter Doctores in l. Gallus §. quidam ff. de lib. & post. test. Barto. Socin. consil. 49. num. 1. vol. 1. nor. Deci. conf. 1. num. 5. ex text. in §. si plures inst. de leg. ag. success. l. 3. §. si duo, de legi. tut. l. haeredes mei §. fin. ff. ad Trebeli. idque ex legibus nostris regis de retractu hoc Linagiel tractatibus clarissime disponitur, praesertim ex l. nostra: super iis verbis Matienço hic glo. 1. in principio contendit dicere, quod ex eis colligitur, consanguineos proximiores avo vel patri cujus res vendita erat admitti ad retractum, contrarium tamen inquit probari in l. sequente in fine, ut ibi inquit se dicitur, & tamen nihil dicit de contrarietate hac, ego tamen dico legem sequentem nihil contrarium legi nostrae disposuisse, sed idem potius, nam si filium venditoris ponit in loco ipsiusmet patris venditoris per representationem, eundem locum intrat, quem frater venditoris habebat, & per consequens non disponitur in lege sequente contrarium, sed potius imitando opinionem illam ex juribus nostris regis approbatam videlicet filium praeferti patri magno pro representationem in vinculis & majoribus; sic & in retractu dabitur & hoc representatio & praetatio cum patre & filius sint una caro & de quo dubitavit Mieres de majoribus. 2. parte. q. 6. num. 8. & 34. & hoc modo lex nostra non est contraria in hoc sequenti, neque sequens nostrae. Et an filio naturali competat jus hoc retractus, latissime est disputatum per Tiraq. & alios relatos per Matienço hic glo. 2. num. 2. cum sequentibus pluribus, de quo & alibi diximus admittendum esse, & hanc ut veriorum ita & receptorem testatur Matienço, ibi. num. 3. & allegat Boeri. in consuet. Bituri. titu. de ver. §. 1. in fin. & Cifuentes l. 70. Tauri quest. 5. dices ita fuisse judicatum in civitate Ovetensi, & ibi Anto. Gom. num. 4. & Montal. hic verbo camiar. col. 3. Castillo l. 9. Tauri. verbo heredes ubi quoad patrem & quoad matrem idem tenet, ut & infra num. 43. repetemus, nam de consuetudine nostrae Hispaniae filii naturales nobilitate & prerogativa parentum gaudent, ut suo diximus loco. Et an filius vel nepos exheredatus admittatur ad retractum hunc, & admitti verior est, & receptor opinio, quia jura sanguinis tolli non possunt l. jura sanguinis ff. de reg. jur. l. 3. ff. de int. & releg. & in specie tenent, Ferro. in consuet. Burdegali. de retract. §. 10. Tiraq. de retract. Linag. §. 1. glo. 8. num. 45. & per An. Gom. in l. Tauri. 70. num. 5. relati & secuti per Matien. hic glo. 2. num. 10. ubi num. 8. hanc dicit veriorum & receptorem contra Cifuent. in l. 70. Tauri. 39. quae aliud volentem si retrahens graves injurias venditori intulerit, propter quas proferri exheredari. Et an in personis ecclesiasticis tam activae, quam passivae habeat locum nostrae text. dicendum est quod sic, & ex cap. constitutus de in integ. resti. ubi Anch. 7. nor. & Abbat. §. 5. & indubitatum esse clericum retrahere posse inquit Tiraquellus dicto titu. primo. §. primo, glo. 8. num. 41. qui refert Adliff. hic, hanc dicentem communem opinionem. live clericus sit venditor,

five emptor, five retrahens, & licet cum clericus est emptor vel venditor, aliqui dubitarent, nihilominus idem esse asserunt scribentes in d.l. 70. *Taur.* & Tiraq. d. §. 1. glof. 13. num. 3. et sequentibus. & communem testatur Afflicti, relatus per Tiraq. d. glo. 8. num. 4. 1. glof. in l. 55. verbo, *deve, ad medium, tit. 6. parva quinta.* idem tenet, & verius & receptius hoc esse testatur Matienço. *hic glossa secunda, num. 11.* & tractat latè Maran. in *disputatione* 8. nam cum in dict. c. *constitutus*, summus pontifex id jus retractus clericis concesserit, idem jus contra eos debet esse, *ex tit. quod quisque juris*, nam quod quisque facit, idem & ipse pati debet, ut inquit Aristotel. *Ethic. 5. cap. &* quia leges civiles in foro ecclesiastico servandæ sunt, sic canonicis non repugnant. c. 1. & ibi. *Doct. de novi op. nunc. dixi 25. in r. 1. l. 2. sup. coram quo tamen iudice* petatur si clericus est emptor, p̄ dico quod si venditor est clericus & emptor idem nulli dubium, quin coram ecclesiastico fit retractus intentandus, sed si venditor est laicus & clericus emptor, hoc dubitabile est, quicquid tamen alii dubitent, teneo intrepide coram Ecclesiastico sicut in precedenti esse intentandum retractum, nam cum retractus contra emptorem fit dirigendus, & cum eo agendum iudicium, laicus in clericum nullam habet potestatem eum iudicandi, & sic coram suo iudice vendendus, si vero emptor sit laicus quamvis venditor sit clericus nulli dubium nisi quod coram seculari est agendum, & hæc procedunt five retrahens sit clericus five laicus, & sic teneo & consulo. Sed an in monasterium in quo est proximior consanguineus jus hoc retrahendi transeat, veriore & receptiore testatur Matienço *hic, gloss. 2. numero 20.* non transire, eo quod in monasterium non transit jus personalissimum consanguinitatis, in quo lex nostra & ejus ratio nititur, quia monachus in hac specie non sibi retrahit, sed alii, hoc est monasterio, & ad monasterii utilitatem & commodum, quod non licet, ut in hac lege in fine, & in isto nostro titulo dicemus, monasterium est quedam universitas, & res inanimata, in qua non datur, neque consideratur jus sanguinis, nec perpetuatio nec conservatio familie, ut in *ambrosio, ingreffi*, ubi DD. C. de sacro eccl. & in c. in presentia de prob. & quamvis monasterium haberetur loco filii, istud est improprie, & p̄ per fictionem, secundum Bal. in l. filium col. 4. ff. de iis que sunt sui, & in l. cum acerrimi col. 1. C. de iurei. neque id quidem semper & indiscriminatim, sed quoad eum duntaxat finem, ut excludatur substitutus sub ea conditione, si quis decesserit sine liberis, de quo tantum agant prædicta jura monasterium loco filii haberi dispositionem ex sententia ejusdem Bald. in d. l. filium, & in aut. si qua mulier not. 3. C. de sacros. eccl. & Abbat. ubi supra num. 48. ubi alii receptiores, imo & hoc non esse quod monasterium loco filii habeatur, quia non habetur ut optime fundat Mantica, de consuet. ult. vol. lib. 11. tit. 7. num. 6. & 7. sed quia, secundum eum ibi, favor religionis hoc operatur, & quia præsumitur, testatorem monasterium non minus, quam liberos hæredis instituti dilexisse, & ideo sicut liberos prætulit substituto, ita etiam deficientibus vel non extrinsecis liberis, si cogitasset, ipsum hæredem institutum monachum futurum, ipsum mo-

nasterium prætulisset, ut optime per Paul. in aut. nisi rogat. num. 3. C. ad Tre. Alex. consil. 121. num. 12. vol. 2. & alii relati per Mantica d. num. 7. & sic hanc opinionem, quod monasterium non succedat in retractu, tenent Tiraq. d. gl. 8. num. 10. & Ant. Gom. num. 9. & Cifuen. col. 3. d. l. 70. *Taur.* & Matien. *hic d. l. gl. 2. n. 11. in fine*, qui in n. 20. hanc veriore & receptiore testatur. Sed an si monasterium emat, erit locus retractui, p̄ dic ut supra proxime diximus in clericis, & tunc coram suo iudice erit conveniendus, Et an monasterio vendere rem immobilem monachi & patrimoniale admittetur consanguineus monachi ad retractum, dic quod non, quia res non dicitur patrimonialis, nec per consanguineum, sed per monasterium vendita, in quo non datur jus sanguinis, ut dixi, & cum à familia exierit, cessat retractus, ut docet Ant. Gom. n. 10. Cifuen. col. 3. d. l. 80. *Tauri*, & hanc veram sententiam esse fatetur Matien. ubi supra num. 22. & bene, & sic consultum & tribulentis determinatum testatur Peralta l. cum patronus, num. 37. pag. 503. de leg. 2. Et an cessionarius p̄ admittatur, dic quod non, quia istud jus est personalissimum, ut diximus, & nequaquam cessibile, & quia repugnant rationes, propter quas datur retractus, ut expresse decidit Cin. Bald. Sal. & Paul. in l. ad officium. Cod. communi divid. & latissime Tiraq. d. tit. §. 26. glof. 1. per totam, & alii relati per eum, & per Ant. Gom. n. 8. ad fin. & Cifuen. q. 14. in d. l. 70. & per Matien. gl. 2. num. 24. ubi num. 26. cum Tiraq. in eod. 26. glof. 2. in princ. limitat hoc, nisi cessio facta fuerit in aliquem cognatum etiam remotiorem, nam valet cessio, licet non præjudicet proximiori, quominus si velit, retrahere possit, quæ quidem limitatio nullam dubitationem habet: secundo limitatur in retractu conventionali, hic enim cedi potest, secundum Tiraq. ubi supra & Matien. ubi supra num. 26. & 27. sed an si fundus vendatur per extraneum à regno ubi retractus non datur, & in parte ubi fundus est situs datur, an habebit locum, vide Pelaez de major. 1. p. q. 58. n. 14. & seq. ubi inquit quod sic, & coram iudice illius loci fiet.

Ibi, *Tanto por tanto.* Et sic idem pretium p̄ à retrahente præstandum est emptori, quod emptor solvit, aut solvere fuit per eum promissum, sive magnum, sive parvum fuerit, neque audienda est consanguineus, minus pretium obtrul etiam si iustum sit, quod offert, nec ex contrario emptor, qui à consanguineo peteret majus pretium, quam dedit, eo quod ab alio majus sibi offeratur, id quod jure etiam communi fieri debebat in locis in quibus hæc viget consuetudo, ut asserit Jocand. ad Spec. tit. emp. & ven. §. nunc dicens, vers. 1. Tiraq. ubi supra tit. 1. §. 1. gl. 2. n. 4. & §. 2. gl. 3. & Matien. *hic gl. 3. num. 2. cum sequen. aliq.* & probatur ex l. 55. ubi tanto por ella, tit. 5. p. 5. ubi Gregorius in fine glof. & dicit hoc esse verum, etiam in venditionis instrumento clausula inferatur, & quod pluris valet ei donavit, adhuc enim pretium conventum solvet consanguineus retrahens duntaxat, non vero quod donatum est, quoniam clausula perfunctoria & ex consuetudine notariorum apponitur potiusquam ex mente contrahentium, ut attestatur Angel. de hac specie loquens in l. 2. C. de res. ven. & sic inquit, quod non est magni momenti,

momenti, ex arbitrio tamen iudicis inquit Gregorius ubi supra pendere an dicta clausula sit consideranda, & sequitur Matienço, *hic glof. 3. n. 5.* Ego tamen nunquam eam considerarem & simpliciter appositam in instrumento venditionis, nisi ex aliquibus conjecturis constaret de determinata voluntate venditoris volentis donare, puta si in ipso instrumento venditionis diceretur, *Tantum vale tanto mas*, exprimendo clarè expressum hunc, *De mi propria libre y espontanea voluntad y a satisfendas os hago gracia y donacion dello.* Tunc enim teneretur retrahens etiam id solvere, quia pars pretii est, modo absit fraus & dolus. Sed an si emptor pretium primo conventum auferit bonam fidem agnoscentes, an & augmentum p̄ teneatur retrahens solvere, tangit hic Matien. d. gl. 3. num. 7. cum 3. seq. & in hoc concludit cum Tiraq. ubi supra tit. 1. §. 1. glof. 18. num. 54. & 57. non teneri retrahentem solvere augmentum, eo quod in prejudicium consanguinei potentis retrahere augmentum non sortitur naturam augmentati, & quia facile esset venditori & emptori decipere retrahentes, nisi constaret bona fide factum, puta si in continentis antequam ad alios actus esset digressio facta, emptor supplementum hoc iusti pretii faceret, vel sententia iudicis esset ad hoc compulsus, ut inquit Tiraq. ubi supra, num. 60. cum 3. sequen. & Matien. *hic d. glof. 3. num. 11.* sed quid si emptor proximiori retrahendū dedit aliquid ut desisteret à lite, qui ob hoc desistit, & sic sequens petit retractum an teneatur augmentum illud solvere? vide Boer. decis. 76. num. 7. Et habes notare quod retractus hic non habet locum nisi in casibus p̄ jure expressis, quorum unus est lex nostra, alii, in l. 18. & 19. 20. infra isto tit. & in l. 20. infra isto tit. sequente, alius in l. 5. tit. 18. infra lib. 7. alius in l. 13. infra isto tit. & in similibus, si qui alii sunt, quæ est optima regula ad plures alias per me positas in tit. 1. lib. 2. supra ubi non est locus nisi in casibus à jure expressis. Est tamen notandum quod licet retractus non detur nisi in casibus à jure expressis, jus tamen prælationis pluribus aliis dari poterit in re aliqua in modum retractus, prout licet videre ex Mexia, in prag. taxa panis, concl. 5. num. 94. cum pluribus seq. ubi optima in propositum adducit, puta quod domino fundi datur jus prælationis in fructibus fundi venditis alicui extraneo, ut dentur ipsi domino pro eodem pretio potius quam extraneo, secundum Bartol. & communem relatum per Covar. libro 3. variar. cap. 14. n. 6. & in aliis ex legibus supra relatis idem videbis.

Ibi, *Aya lo antes que otro.* Sed quid si emptor condemnatus tradere rem proximiori retrahenti, velit contractum suum emptionis valere, & condemnatione uti, an proximior ille penitere possit, & non remeare, neque uti condemnatione illa in favorem ejus facta, p̄ tradit Boer. decis. 48. num. 2. 6. & 22. ubi concludit late, posse proximiorē penitere & non remeare etiam si in suum favorem fuerit lata sententia, in hoc tamen casu ego compellerem eum ad solvendum expensas, quas emptor fecit in lite illa, si causam aliquam habuit apparentem propter quam litem illam usque ad sententiam defendens est, secus si nullam causam habuisset, nam tunc sibi imputet, & infra repeto, sed an proximior

Acedo in Recapitulationem. Tom. III.

re retrahente, & primo emptori revendente majori pretio, erunt due venditiones, p̄ tradit idem Boer. decis. 76. num. 11. & proximiori revendere videtur emptor ab eo pretium accipiens & possidere permittens, secundum eund. Boer. decis. 77. num. 1. 2. & 3. quod regulariter non est verum & Boer. ibi quoad aliud propositum loquitur, & ideo emptor primus non tenetur de evictione, p̄ secundum Ant. Gom. 18m. 2. variar. cap. 2. num. 41. imo quamvis iste a quo res retrahitur sit obligatus ad aliquid faciendum propter emptionem illam, remanet liberatus à tali obligatione pro retractum illum, quia sublato principali contractu omnia in eo contenta sublata censetur ex text. in l. fin. ff. de consi. pec. allegato ad hoc per Suarez l. post rem. q. 1. legis regia numero 16. pag. 319. ubi aliqua ex hoc infert ad gabellas, nam dominium in retractu p̄ revertitur ad venditorem tempore consignationis pretii, secundum Boer. decis. 182. num. 38. sed an si data petitione & præsentata super retractu partes discedant ab emptione, præjudicet petenti retractum, * vide per Maraniam in *disputatione* 9. & clarius Tiraq. de utraque rei. tit. 2. in §. 1. glof. 7. num. 18. cum sequen. pluribus. & in tit. 1. gl. 2. §. 6. num. 4. tergit, & ponit aliam quaest. bonam in propositum. Quid tamen si proximior retrahente dicat venditor velle sibi habere rem illam an sit præferendus * proximiori illi retrahenti, tradit Cifuen. l. 70. *Tauri* q. 19. & Rip. l. 1. num. 9. ff. de privi. credit. & Maran. ubi supra. Et an contra quemlibet possessorem detur, p̄ dic quod intra novem dies à legibus notatis assignatos, post factam primam venditionem competet retractus contra quemlibet possessorem rei illius, nam licet actio retractus sit personalis non nativa, sed dativa, p̄ quæ vocatur condictio ex lege, est tamen in rem scripta, & ideo contra quemlibet possessorem intra illos novem dies intentari potest, ut inquit & tenet Cœpola, consil. civil. 43. & 65. & Tiraq. ubi supra, tit. 1. §. 8. gl. 5. num. 6. & 8. & Callan. in consil. Burgum. rubr. 10. 11. num. 2. cum seq. duob. fol. 343. & Maran. in d. disp. 9. & Ant. Gom. d. l. 60. *Tauri* in fin. Sed an fructus rei retractæ erunt retrahenti præstandi, p̄ tradit Covar. lib. 1. var. c. 15. num. 8. Et an infanti & filio fam. competat * jus hoc, vide Boeri. decis. 138. & Soc. Jun. conf. 4. num. 12. cum seq. vol. 2. Et quid si est filius legitimatus, an detur ei jus hoc, glof. todas post. prin. in l. 4. tit. 15. part. 4. inquit quod sic, quod tamen intellige non existente filio alio legitimo & naturali, nam si legitimus ex utroque latere conjunctus præferatur in hoc casu filio tantum ex uno latere conjuncto, secundum Cifuen. *hic q. 3.* & Tiraq. de rer. tit. 1. §. 11. & Matien. *hic gl. 4. num. 3.* quanto magis præferretur filio legitimo: Item quia legitimatus ex l. 12. *Tauri* gaudet nobilitate & prærogativa parentum, ut ibi dixi quæ est l. 10. tit. 8. supra isto lib. & tamen legitimus & naturalibus filiis existentibus non succedit, ut ibidem disponitur. Et sic in proposito dicendum est, quod tunc ad retractum admittantur si legitimi & naturales deficient, quibus deficientibus admittendi sunt, nam si ut in hac lege dictum remanet, filii naturales tantum admittuntur ad hunc retractum, ut supra num. 22. diximus contra Dudac. Perez in libr. 4. ordin. col. Y y ij 1327.